
6
32 N
33

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS, FRATRIS EREMITAE AVGVSTINIANI, CHRONICON ECCLESIASTICVM.



A C. IVLII CAESARIS DICTATORIS IMPERIO, VSQVE AD IMP. CAESAREM Maximilianum II. Austrium, pium, felicem, perpetuum, Augustum.





LOVANII.
Ex officina Ioannis Bogardi sub Biblijs aureis Anno 1573.
Cum gratia et Priuilegio Regiae Maiest.
Signa. de la Torre.



ILLVSTRI AC ORNA TISSIMO VIRO LVDOVICO TORRES PATRICIO MALACITANO VII. VIRO, AERARII PONTIFICALIS CLERICO PRAESIDENTI,



ONVPHRIVS PANVINIVS VERONENSIS FRATER EREMITA AVGVSTINIANVS S. P. D.



IV, ac multum abs te rogatus sum, vt tui in primis, deinde quia si quis alius, publicæ commoditatis studiosus es, eorum quoque, qui legendis historijs ecclesiasticis vacant vsui, breue, & accuratum Romanorum Pontificum & Imperatorum Chronicon, longo tempore antè à me hortatu humanissimi, pientissimi, & nunquam satis laudati viri Ludouici Torres archiepiscopi Salernitani patrui tui cõstitutũ publicarẽ Rem tua eruditione, & elegãtia dignã aliquando distuli, non vt tibi non morem gererẽ, cui maxime gratificari semper exoptaui, sed occasionem aliquam expectãs. Ea nullam aptiorem existimaui hac ipsa, qua fastos hosce meos, & chronicon longe castigatiores iterum euulgaui, vt historiæ studiosos iuuarem, & in re abs te diu exoptata facerẽ satis, quo veteris testamenti patribus, regibus, pontificibus breuissime præmissis, à C. Iulij Cæsaris imperio, deinceps, Consules, & Imperatores Romanos Orientales, & Occidentales, veteres Iudæorũ reges, & Pontifices, præcipuos Reip. Christianæ Episcopos, Omnium scilicet principes Romanos, Constantinopolitanos, Alexandrinos, Antiochenos, Hierosolymitanos, Aquileienses, qui postea Patriarcharum nomen à sedis apostolicæ amplitudine obtinuerunt, Concilia generalia, prouincialia, doctrina & sanctitate præclaros patres, multaque alia ad chronicon pertinẽtia sum complexus. Id tua auctoritate confectum, & cum tui nominis præscriptione publicatum. si in eo pretium erit tibi, & amplissimo viro patruo tuo, qui legent acceptũ referent. Tu enim nobili familiæ tuæ, humanitatem, egregios mores, pietatem adiunxisti. In Vrbe multos honores in tuo magistratu laboriosos interim adeptus, ita te illustri virtute gessisti, vt ab omnibus summis, & infimis ameris, colaris, multis laudibus orneris, & longe maiori honore (quem tibi omnes augurantur) dignus existimeris. Me verò ipsum ita humanitate, & beneficijs deuinxisti, quod vt tibi satisfacerem hoc tempore fere præter animi mei sententiam hæc pręstiterim, hũc librum publicarim. Quod eo etiam libentius feci, quod intelligerem me rem etiam gratissimam facturum esse Alfonso fratri tuo clarissimo iuueni, quem etiã si in celeberrimo Salmaticensi gymnasio iuri pontificio, Cæsareoque prædiscendo operam suam assiduus collocet, comperi res sacras, ecclesiasticas præsertim historias non auersari. Cuius etiam vsui hoc chronicon tuo nomine publicatum à me paratum est, qui longe maioribus, si facultas erit, lucubrationibus, honestissima tua desideria explere perpetuo exoptaui. Vale Romæ Kal. Octobris. M DL VII.





AVCTOR LEC- TORI S. P. D.

HOC est breue chronicon, quod ad ecclesiasticam historiam, rectamque temporum seriem cognoscendam in meis annotationibus saepe pollicitus sum, me ordine temporis accuratissimè seruato, editurum. In quo constituendo, & ad exactam normam, veramq; annorum rationem redigẽdo, per annos plus minus XV. laboraui. Eum autem ex probatissimis, & qui per singulas panè aetates vixerunt auctoribus & vetustissimis, quum publicis, tum priuatis monumentis, quorum nomina mox referam, concinnaui. Et quanquam ante hoc tempus alios eiusmodi indices, parum tamen perfectos ediderim, quum ipsum denuo videndum, corrigendúq; suscepissem, cum postremò correctissimũ tertio publicare constitui, vt ij, qui chronicorũ studio tenentur, certissimam demum hac etiam in re, haud parum necessaria, sibi habeant rerum omnium veritatem. Neque quisquam mirari debet, si vulgatas iam aliorum pane omnium scriptorum, quum in numero pontificum, tum in his notis, quibus qui idem nomen habent à se distinguuntur, opiniones & scripta minime imitatus sim, quum mihi ipsi constituerim ipsam tantùm rerum veritatem, nullius auctoris ratione habita sequi quã ex hisce vetustissimis scriptoribus, historicis, & monumentis collegi. Caeterum non possum non vehementer hoc loco conqueri, & dolere, de ijs, qui fucorum more alienos labores, sine pudore raptos, nulla germani auctoris facta mentione suos fecerunt, me hac in re non imitati, qui nominatim cunctos, á quibus vel tantillum adiutus sum, cũ summis laudibus, & egregia laborum suorũ testificatione, quatenus id fieri licuit, vbique in meis lucubrationib⁹ nominaui. Quos & alios id genus homines humanissime rogatos velim, ne quae aliena sunt, nulla accepti beneficij commemoratione habita rapiãt Nam Dei praeceptum eit, Non furtum facias. Queritur dissimili admodum caussa de me Hermundurus quidam, quod in meis de Vrbe Roma commentarijs, queis multa ab illo hausta me inclusisse refert, nullã à me eius mentionem fieri, quum reliquos omnes per quos profecerim sigillatim ingenue, vsque ad fastidium commemorauerim. Fateor id ita esse, & iustè de me conqueri potuisse, qui eos, a quibus longe minora accepi, nominauerim, ipsum verò neglexerim, ni me grauissima caussa à meo instituto reuocasset. Nam sacris addictus, & catholicae fidei Romae professor, quam supra cuncta vereor, eius quanquam de me benemeriti nomen commemorare nefas duxi, cuius omnia scripta à S. R. Inquisitionis patribus Concilij Tridentini iussu delectis, in damnatorum librorũ indice relata fuissent, alioqui id non omissurus. Verùm enimnero, res tanti non erat, vt scripto lamentari de me debuisset. Nam quaedam, quae ipse pauci[illegible]mis pa[illegible]llis comprehendit, de vijs, sepulchris, & montibus vrbis tantum ex suo opere excepi, quia commodus ad manum erat, Romae praesertim tũ absens (Venetijs enim librorũ meorum ope destitutus eram) & mea magni & operosissimi laboris commentarijs alicubi respexi. Ea porrò sunt eiusmodi, vt ego ipse vix trium dierum labore sine vlla eius libri ope constituere potuissem. An verò breuibus illis, sed certè quòd inficiari non potest, accuratè scriptis de antiquitatibus Romanis lucubrationibus indiguerim, facile ex LX. propè immensi laboris commentariorum antiquorum libris, quos propediem publicabo, intelligi poterit. Hac dixisse sufficiat, nihil amplius de hisce rebus etiam prouocatus verba facturus: pro verbis enim res dare operae pretium existimo.

AVCTORES QVIBVS TVM IN HOC CHRONICO SIVE FASTEIS, TVM IN HISTORIA ECCLESIASTICA CONSCRIBENDA VSI SVMVS.

PRIMA CLASSIS.

Eos auctores comprehendit, qui ex instituto vitas Romanorū Pontificum scripserunt.

Damasus papa Hispanus, qui vitas Romanorū Pōtificū à S. Petro vsq; ad tempora sua scripsit. Vixit anno Christi 360.

Anastasius monachus abbas, & S.R.E. bibliothecarius, Damasum suppleuit ab eius vita vsque ad obitum Hadriani II. papæ. Anno salutis 872.

Liutprandus Ticinēsis diaconus scripsit vitas Romanorum Pontificū temporum suorum. Vixit annno salutis 960.

Guillelmus S.R.E. bibliothecarius Anastasiū suppleuit ab Hadriano II. vsque ad Alexandrū II. Vixit anno 1060.

Pādulfus Pisanus subdiaconus apostolicus Guillelmum suppleuit à Gregorio VII. vsque ad Honorum II. Vixit anno 1130.

Capellanus quidā apostolicus sine nomine scripsit accuratissimè vitas Romanorū Pōtificū à Leone IX. vsq; ad Alexandrū III. sub quo vixit anno 1180. liber extat [illegible] bibliotheca Vaticana, inclusus volumine magno Centij camerarij S.R.E. de quo infrà dicam.

F. Martinus Polonus archiepiscop⁹ Cusentinus, qui scripsit à S. Petro vsq; ad Nicolaū III. & quinq; varij auctores, qui eum suppleuerunt, quorum.

Primus à Nicolao III. vsque ad Ioannem XXII.

Secundus vsq; ad Innocentium VI.

Tertius vsq; ad Gregorium XI.

Quartus vsque ad Martinum V.

Quintus vsq; ad Eugenium IIII. Romanorum Pontificum vitas scripserunt.

F. Ioannes de Colūna, Romanus archiepiscopus Messanensis, ordinis prædicatorum à S. Petro vsq; ad Bonifaciū VIII. Vixit anno Christi 1300.

Landulfus de Columna Romanus scripsit pontificum vitas.

F. Ptolomæus Lucensis Tuscus, ordinis prædicatorum à S. Petro vsq; ad Bonifacium VIII. Anno Christi 1300.

Et qui eum suppleuit vsque ad Benedictum XII. Anno 1334.

Frācisc⁹ Petrarcha, & q eū suppleuit à S. Petro vsq; ad Vrbanū VI. anno 1378.

Theodoricus à Niem à S. Petro vsque ad Gregorium XI. anno 1378.

B. Platina à S. Petro vsq; ad Xystū IIII. anno 1475.

Bonifacius Simoneta à S. Petro vsq; ad Iulium II. anno 1503.

SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Clemētis, Alexādri, Pij, Callisti, Vrbani, Stephani, Xysti II. & Siluestri Romanorum Pontificum vitæ, auctore Simeone Metaphraste.

Vitæ aliquot Romanorum Pontificum breues incerti auctoris inter S. Petrū & Innocentium II. papam.

Vitæ eorum pontificum Romanorum, qui Imperatores, & Reges excommunicarunt, incerto auctore.

S. Gregorij papæ vitæ aliquot, partim certis, partim incertis auctoribus scriptæ.

Hadriani papæ vita ab eius temporis incerto auctore scripta.

Ioannes diaconus S.R.E. Cardinalis, qui libris iiij. vitam S. Gregorij papæ ad Ioannem VIII. papam scripsit.

Gregorij IX. vita ab eius temporis incerto auctore scripta.

Benedicti XI. vita ab eius temporis incerto auctore scripta.

Vrbani V. vitæ processus pro eius Canonizatione institutus.

Septe vetusti indices Romanorū pontificum, nuda nomina cum annis continentes, ex varijs libris excerpti,

Quorum primus Monasterij Casinatis, pertinet vsque ad Siluestrum II. &

annum Christi 1000.

Secundus monasterij Farfensis, vsque ad Gregoriũ VII.& annũ Christi 1075.

Tertius bibliothecæ Vaticanæ vsque ad Innocẽtiũ *II*.& annũ Christi *1130*.

Quartus bibliothecę Vaticanæ, vsq; ad Hadrianum IIII. & annum Christi 1160.

Quintus, & Sextus archiuij Lateranensis, & bibliothecæ Vaticanæ vsque ad Alexãdrum III. & annũ Christi 1180.

Septimus ex libro censuum Cencij Camerarij S.R.E. vsque ad Cælestinum III. & annum Christi 1190.

In nullo horũ indicum vsquam mẽtio est Ioannis papæ fœminæ, sed Leoni 4. illicò substituitur Benedictus *III*.

SECVNDA CLASSIS.

Concilia generalia, prouincialia, registra, bullas, Decretalia, cõsistorialia, libros cancellariæ apostolicæ, cæremoniarum, & similia cõtinet.

Acta octo conciliorũ generaliũ, Nicęnorũ I.& *II*. Cõstãtinopolitanorũ *I.II.III IIII*.& V. Ephesini, & Chalcedonensis.

Acta conciliorũ nõ generaliũ à Romanis pontificibus celebratorum à S. Victore papa, vsque ad Paschalem *II*.

Acta conciliorũ generalium Lateranensiũ quinque Callisti *II*. Innocẽtij *II*. Alexandri *III*. Innocẽtij *III*. & Iulij *II*.

Acta conciliorum Lugdunẽsium duorũ sub Innocentio *IIII*. & Gregorio X. Item Viennensis sub Clemente V.

Acta cõciliorum generaliũ Pisani, Constantiensis, Basileẽsis, Florẽtini, & Tridentini.

Acta omnium conciliorum prouincialium, quæ haberi potuerunt.

Epistolæ decretales Romanorũ pontificũ à S. Petro vsq; ad S. Gregoriũ papã.

Conciliorum tomi tres excusi.

Registrum epistolarum Romanæ ecclesiæ antiquissimum, à S. Iulio papa vsque ad Vigilium papam.

Registrum epistolarum S. Leonis papæ.

Registrũ epistolarum S. Gregorij papæ.

Registrum epistolarum Nicolai papæ.

Pars registri, siue bullæ aliquot Leonis *IX*. papæ.

Registrũ epistolarũ Gregorij *VII*. papæ.

Registrorum Romanorum pontificum Tomi XXCV. scripti in membranis, qui in bibliotheca Vaticana seruantur, ab Innocentio III. vsq; ad Gregorium XI.

Subscriptiones pontificum, & Cardinalium, dataque bullarum, à Sancto Siluestro papa vsque ad Pium V

Excerpta ex ijsdem bullis, quæ ad rem propositam faciũt.

Registrum bullarum archiuij apostolici ab Vrbano VI. vsque ad Pium V.

Registra bullarum cameræ apostolicæ, ab Vrbano VI. vsque ad Pium V.

Tomi tres maximi omniũ earũ scripturarũ, quę in arce sancti Angeli seruatur.

Decretorum libri duo manu scripti in mẽbranis incertis auctoribus.

Burcardi Vormaciensis episcopi
Anselmi Lucensis episcopi
Iuonis Carnotensis episcopi
Gratiani presbyteri Classensis
} Decreta

Gregorij IX. decretales.

Bonifacij VIII. Sextus decretalium

Ioannis XXII. Clementinarum Constitutionum liber.

Incerti auctoris extrauagantium maximum opus.

Acta Consistorialia Gregorij X. Nicolai III.& Bonifacij VIIII.

Acta consistorialia Benedicti XII. Innocentij VI. Vrbani V. Gregorij XI. pontificum Romanorum, itẽ Clementis *VII* & Benedicti XIII. schismaticorum.

Acta consistorialia Alexandri V. Ioannis XXIII. Martini V. Eugenij IIII.

Acta consistorialia ab Alexandro VI. vsque ad Pium V.

Libri duo scripti in membranis regularum Cancellariæ apostolicæ, quorum alterius auctor fuit Theodoricus à Niem.

Liber tertius Cancellariæ apostolicę, qui prouincialis dicitur.

SS. Gelasij, & Gregorij Põtificũ cęremonialia, et aliorũ incerti nominis auctorũ

Caroli Magni Cæremonialis, siue ritualis liber.

Benedicti Canonici sancti Petri liber cęremonialis.

Cẽtij Camerarij S.R.E. qui posteà Honorius III. papa fuit, liber cæremonialis.

Liber cæremonialis Auinione vsurpatus incerto auctore.

Augustini Patricij, episcopi Pientini liber cęremonialis, qui hodie vsurpatur.

Iacobi Maffei Volaterrani diaria cæremonialia, & de alijs rebus.

Eiusdem Augustini Patricij episc. Pientini
Io. Brocardi Argentinensis episcopi ciuitatis Castellanæ.
Paridis Crasi Bononiens. episc. Pisaurẽsis.
Blasij Baronis Cesenatis

magistrorum cæremoniarum capellæ S. D. N. Papæ diariorum cæremonialiũ Tomi XIIII. reconditis rebus refertissimi, à Xysto IIII. vsque ad Paulum III.

TERTIA CLASSIS.

Varia chronica, & sine certis auctoribus opuscula claudit.

Libri obligationũ, siue clericorũ collegij Cardinaliũ sub Bonifacio VIII. Papa quibus solutiones, & distributiones, quas capellæ vocant, notatæ sunt.

Libri ijdem sub Benedicto XII.

Libri ijdem ab Alexandro papa V. vsque ad Iulium II. papam.

Breuiarium diurnum officij Romani aduentus reditus, recessus Cardinalium ab Vrbe.

Testamenta multorum Cardinalium.

Inscriptiones, elogia, epitaphia, annotationes sepulchrorũ, & aliorũ monumẽtorũ, pontificũ, Cardinaliũ & aliorum prælatorum per totam Europam.

Kalẽdaria, Lateranẽse, S. Petri in Vaticano, S. Pauli, S. Marię Maioris de Vrbe.

Tabulæ instrumentorum basilicarum. Lateranensis, S. Petri, S. Gregorij in cliuo Scauri de Vrbe

Ex antiquis omnium ecclesiarum Vrbis instrumẽtis, permutationibus, venditionibus, donationibus, emptionibus, & eiusmodi, excerpta.

Libri aliquot vetustissimi monasterij montis Casini scripti in membranis.

Libri quattuor grãdes registrorum, scripti in membranis monasterij Farfensis, quibus multa scitu digna continẽtur ab anno 700. vsque ad 1100.

Chronicon congregationis canonicorum regularium Lateranensium.

Chronicon congregationis S. Benedicti Camaldulensis.

Chronicon congregationis Vallis Vmbrosæ.

Chronicõ cõgregationis Siluestrianorũ.

Chronicon congregationis Casinatis, aliàs sanctæ Iustinæ de Padua.

Chronica Militiæ sancti Ioãnis Hierosolymitani, & sancti Iacobi de Spata.

Chronicõ ordinis S. Antonij Viennẽsis.

Chronica tria ordinis Prædicatorum.

Chronica duo ordinis Minorum.

Chronicõ ordinis Eremitarũ S. August.

Chronicon ordinis Carmelitarum.

Chronicon ordinis Seruorum.

Chronicon ordinis fratrũ Eremitarũ S. Pauli primi Eremitæ in Vngaria.

Chronica duo Viterbiẽsia satis antiqua.

Rerum Parmensium Chronici quattuor manu scripti.

Historia rerũ Romæ, & per Europã gestarũ lingua Romanẽsi vulgari scripta.

Aliquot pagellę historiarũ eadẽ lingua.

Diarium aromatarij cuiusdam Florentini sine nomine.

Diaria rerum Florentinarum ab anno 1406. vsque ad annum 1440.

Chronicon scriptũ in mẽbranis regni vtriusq; Siciliæ, quod est in bibliotheca Vaticana, rebus scitu dignis refertissimũ, à S. Gregorio papa, vsq; ad Regis Alfonsi Senioris Aragonij mortẽ.

Almanach quoddam vetus cum annotationibus rerum singulis mensibus Romæ gestarum.

QVARTA CLASSIS.

Variarum ecclesiarum archiuia, à nobis visa complectitur.

ARCHIVIA.

Ecclesiarum Cathedralium.

Lateranensis basilicæ.
S. Petri in Vaticano.
Brundusinæ.
Antibarensis in Dalmatia.
Montis regalis in Sicilia.
Portuensis.
S. Rufinæ.
Troianæ.
Anagninæ.
Veronensis.
Mutinensis.
Bononiensis.
Parmensis.
Fesulanæ.
Agathensis.
Cupersanensis.
Vercellensis.
Spoletanæ.
Rauennatis.

ARCHIVIA.

Monasteriorum monachorum.

Montis Casini.
S.Mariæ Farfensis.
S.Trinitatis Cauensis.
S.Benedicti de Mantua.
S.Io.Euangelistæ Parmæ.
S.Petri Mutinæ.
S.Mariæ de Pralia Pataulj.
S.Zenonis Veronæ.
S.Mariæ in Organo Veronæ.
SS.Nazarij,& Celsi Veronæ.
S.Victoris Massiliæ.
S.Saluatoris de Viuario.
S.Columbani Bobiensis.
S.Stephani de Bononia.
SS.Vincentij, & Anastasij ad aquas saluias Romæ.
S.Iusti prope Tuscanellam.
S.Saluatoris Berarduigorum.
Fontis Viui, Parmentis diœcesis.
S.Mariæ Magdalenæ Virizatensis.
S.Mariæ de Mireto.
S.Cyriaci de Vrbe.
S.Georgij maioris Venetiarum.

ARCHIVIA.

Religionum diuersarum.

S. Fridiani de Luca canicorum regularium.
S.Crucis in Hierusalem Romæ olim canonicorum regularium.
S.Mariæ nouæ de Vrbe olim canonicorum regularium.
Fratrum Hospitalariorũ sancti Ioannis.
Carthusianorum.
Prædicatorum.
Fratrum Eremitarum sancti Augustini.

ARCHIVIA.

Cæterorum templorum.

S.Triphonis de Vrbe.
Basilicæ Apostolorum de Vrbe.
S.Petri in Arce Veronæ.
S.Stephani Veronæ.
S.Mariæ de Glarea Veronæ.
Congregationis Veronæ.

QVINTA CLASSIS.

Eos veteres profanos auctores habet, qui de Christianis mentionem fecerunt.

P.Cornelius Tacitus.
P. Cæcilius Plinius secundus Nouocomensis.
C.Suetonius Tranquillus.
Galenus Pergamenus Medicus.
Dio Cassius Nicæus.
AElius Spartianus.
AElius Lampridius.
Fl.Vopiscus Syracusius.
Ammianus Marcellinus.
Zosimus.

SEXTA CLASSIS.

Veteres primitiuæ ecclesiæ scriptores, qui ante concilium Nicænum fuerunt, continet.

Philo Alexandrinus Iudæus sacerdos.
T. Flauius Iosephus Iudæus sacerdos Hierosolymites.
D.T.Flauius clemens episcopus Romanus.
D.Ignatius episcopus Antiochenus.
D.Martialis episcopus Lemouicensis.
Abdias episcopus Babyloniæ.
D.Hermas auctor libri pastoris.
Hegesippi historia ecclesiastica.
D. Bacchius Iustinus philosophus, & martyr.
Eirenæus episcopus Lugdunensis.
Clemens Alexandrinus.
Q.Septimus Florens Tertulianus.
Adamantius Origenes.
Theophilus episcopus Antiochenus.
Tatianus Assyrius.
M.Menucius Felix.
D.S.Cæcilius Ciprianus episcopus Carthaginensis.
Arnobius.
L.Cæcilius Lactantius Firmanus.
LXXVI. Auctores, qui in libro Orthodoxographorum continentur.
XVIII. Auctores, qui in libro Hæreseologiæ continentur.

SEPTIMA CLASSIS.

Scriptores ecclesiæ post persecutiones à Constantino, vsque ad Carolum Magnum Imperatorem comprehendit.

Eusebius Pamphili Cæsareæ Palestinæ episcopus.
Rufinus ecclesię Aquileiensis presbyter.
Theoderitus Cyrensis episcopus.
Socrates scholasticus Constantinopolitanus.
Hermius Sozomenus Salaminius.

Theodo-

Theodorus lector in collectaneis historiarum.
Euagrij scholastici historia ecclesiastica.
M. Aurelius Casiodorus V. C.
Nicephorus Callistus Xantopulus.
S. Basilius Magnus.
S. Athanasius Alexandrinus episcopus.
S. Gregorius Naziãzenus episcopus.
S. Gregorius Nyssenus episcopus.
S. Ioannes Chrisostomus Constantinopolitanus episcopus,
S. Epiphanius Salaminæ Cypriorum episcopus.
S. Ciryllus Alexandrinus episcopus.
S. Hilarius Pictauensis episcopus.
S. Hieronymus Stridoniensis, S. R. E. presbiter Cardinalis.
S. Ambrosius Mediolanensis episcopus.
S. Augustinus Hipponensis episcopus.
S. Optatus Afer Meleuitanus episcopus.
S. Philastrius episcopus Brixianus.
Seuerus Sulpicius Postumianus.
Aurelius Prudentius Clemens poëta Christianus.
Eutropius.
Paulus Orosius.
S. Leo papa.
Prosper Aquitanicus in chronicis.
Victor Vticensis episcopus de persecutione Vandalica.
Sidonius Apollinaris.
Marcellinus comes in chronico, & qui eum suppleuit.
Procopius Cæsariensis Rhetor & Agathias scolasticus Smyrneus.
S. Gregorius papa.
Gregorij episcopi Turonensis historia ecclesiastica.
Isidorus Hispalensis episcopus.
Addo episcopus Viennensis in chronico.
Theophanes Isaurus.
Bedas venerabilis Anglosaxo.
Paulus diaconus.
Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus.
Anastasius S. R. E. bibliothecarius.
Honorij episcopi Augustodunẽsis chronicon.
Sanctorum vitæ per anni circulum.
Diuersa Martyrologia.

Suidas.
Iustinianus Imperator in libris Iuris ciuilis.

OCTAVA CLASSIS.

Scriptores post tempora Caroli Magni, vsque ad annum Christi CCC. completitur.

Eginardus Cancellarius Caroli Magni.
Ferculphus episcopus Lexouiensis.
Liutprandus Ticinensis diaconus.
Audomarus monachus S. Germani, de rebus gestis Francorum.
Regino monachus Prumiensis in chronico, & qui eum suppleuit.
Vuitichindus monachus de rebus gestis Francorum, & qui eum suppleuerũt.
Lãberti de Schafnaburgo monachi Hirsueldẽsis historia temporum suorum.
Beno Cardinalis S. R. E. archipresbyter.
Vita, & epistolæ aliquot Henrici IIII. Imp. incerto auctore.
Leo monachus, & bibliothecarius Casinas episcopus Cardinalis Ostiensis.
Petrus Pisanus monachus Casinas, diaconus Cardinalis.

Io. Curopalatis, Io. Zonaræ, Nicetæ Choniatæ, Georgij Pachimerij, Nicephori Gregoræ, Leonici Chaleondilis Atheniensis. — Græcæ historiæ.

Sigeberti monachi Gemblacensis Chronicon, & qui eum suppleuerunt.
Galfridus &
Robertus Abbas montis.
Otho episcopus & Radeuigus Canonicus. — Frisingẽses.
Helmoldi Lubecensis historica Slauica.
Saxonis Grammatici historica Danica.
Guillelmus archiepiscopus Tyriorum de bello sacro, & qui eum suppleuit.
Cencius Camerarius S. R. E. qui posteà fuit Honorius III. in libris censuum apostolicæ sedis.
Chunradi de Lichtenauu abbatis Vrspergensis, & qui eum suppleuit chronica.
Gotefridi Viterbiensis histotia.
Roderici archiepiscopi Toletani Chronica Hispana.
Vincentij Beluacensis speculum historiale,

riale,& qui eum suppleuit.

S. Bonauenturæ Cardinalis vita S. Francisci.

Fratris Salimbeni Parmensis, ordinis Minorũ historia temporum suorum ab anno 1200. vsque ad annum 1290.

NONA CLASSIS.

Eos auctores claudit, qui post annum CCC. vsq; ad nostra tempora vixerunt.

Albertini Mussati Patauini historia sui temporis.

Ioannis & Matthæi } Villanorum Florentinorũ chronica siue annales.

Theodorici á Niẽ Germani historia tẽporum suorum.

Petri de Alliaco Cardinalis Cameracensis epistolæ.

Frãciscus Zabarella Patauin' Cardinalis.

Leonardi Arretini epistolæ,& historia.

Iacobi Poggij Florentini epistolæ,& historia.

Iuliani Cæsarini Cardinalis epistolæ.

Laurentij Vallæ Romani historia.

Blondus Flauius Foroliuiensis.

Bartholomęi Facij historia Neapolitana.

Pius II. Papa.

Bessarionis Cardinalis Nicæni epistolæ.

Andreas Barbatia Siculus iureconsultus.

Io. Candidi Vtinensis commentaria.

Vespasiani Florentini bibliopolæ vitæ aliquot Cardinaliũ Italico sermone.

Nicolaus Lisius.

Baptista Fulgosius Genuensis.

Antonius Cãpanus episcopus Aprutinus

Bartholomeus Salicetus.

Pauli de Magistris Romani chronicon.

Lælij Petronis Romani annales.

Stephani Infessuræ Romani historia.

Franciscus,& Marius Philelphi.

S. Antonius archiepiscopus Florẽtinus.

Matthæi,& Matthię Palmeriorum chronica Eusebio adiuncta.

Iacobi Amanati Cardinalis Papiensis epistolæ,& commentaria.

Marci Barbi Cardinalis S. Marci epistolæ.

Io. Iouianus Pontanus.

Georgius Merula Alexandrinus.

Raphaëlis Maffei vollaterrani cõmẽtaria

Albertus Crantzius Saxo Germanus.

Pandulfi Collenutij,& qui eum suppleuerunt historiæ Neapolitanæ compendium.

Bernardini Corij historia Mediolanẽsis.

Fratris Iacobi Philippi Bergomatis, ordinis Eremitarum S. Augustini chronicorum supplementum.

Chronicum Norimbergense.

Io. Nauclerus Germanus præpositus Tubingensis.

Vrbani de Flisco annotationes in Platinam.

Philippi Cominei, aliàs Argentonis historia Francorum.

Io. abbas Tritthemius.

Michëlis Ritij chronicon Neapolitanorum regum.

Pauli Cortesij Sangeminianẽsis de Cardinalatu liber.

Petri Martyris Angleriæ historiarum decades,& legatio AEgyptia.

M. Antonius Sabellicus.

Petri Bembi Cardinalis historia Veneta.

Io. Cuspinianus Germanus.

Roberti Guaguini historia regni Francorum.

Pauli AEmilij Veronensis historia Frãcorum

F. Augustini Iustiniani episcopi Nebiẽsis, ordinis prædicatorum historia Genuensis.

Io. Auentini historia Vniuersalis.

Polydorus Virgilius Vrbinas.

Antonij Lælij Diaria.

Iacobi Bracelij } Historiæ.
Petri Candidi

Galeatius Capella.

Franciscus Irenicus.

Ioannes Lucidus Gallus.

Olai,& Ioannis Magnorum historiæ Septentrionales.

Augustini Triuultij commentaria.

Francisci Guicciardini historia.

Paulus Iouius Nouocomen. episcopus Nucerinus.

F. Leander Albertus Bononiensis ordinis Prædicatorum.

Eruditi duo germani, qui Eusebij chronicon suppleuerunt.

Chunradus Brunus doctor.

Luisij Lippomani episcopi Veronensis sanctorum vitæ.

Angeli Massarelli Sanseuerinatis, episcopi Telesij, commentaria,

Auctor

Auctor bibliothecæ vniuersalis.
Rerum Turcicarum volumina.
Historiarum noui Orbis, vel Indiarum Tomi tres.

DECIMA CLASSIS

Auctores illos habet, qui hodie anno salutis DLXVII. viuunt.
Io. Tarchaniotæ, & qui eum suppleuit, historia vniuersalis.
Martini Cromeri historia Polonica.
Sigismundi Baronis Herberstain historia Moscouitica.
F. Thomæ Fazelij ordinis prædicatorum historia Sicula.
Alexandri Sculteti Poloni chronicon.
Antonius Augustinus Hispanus episcopus Flerdensis.
Antonius Massa Galesius iureconsultus.
Guillelmus Sirletus S.R.E. Cardinalis.
F. Roueri Pontani Carmelitæ annales.
F. Laurentij Surij Carthusiani historia.
Ludouici Guicciardini commentaria.
Anselmus Rid.

PATRVM, PONTIFICVM, REGVM VETERIS TESTAMENTI

INDEX.

23. Iacob, qui & Israel.

1	*Adam.*					
2	*Seth.*					
3	*Enos.*					
4	*Cainan.*		*Leui.*			*24. Iudas.*
5	*Malaleel.*		*Caath.*			*25. Phares*
			Amram.			*26. Efron.*
6	*Iared.*					
7	*Enoch. Translatus.*	1	*Moyses Leuites, primus Dux.*	1	*Aaron Leuites primus pont. max.*	*27 Aram*
		2	*Iosue Ephraimites Dux.*			*28 Amminadab.*
8	*Mathusala.*		*Cusanrasathan Mesopotamia rex, Tyrannus.*	2	*Eleazar pont. Ithamar.*	
9	*Lamech.*					*29 Naasson.*
		3	*Othoniel Iudaita primus Iudex.*	3	*Phinees pontifex.*	
			Eglon Rex Moab Tyrannus.			
10	*Noe. Diluuium.*					
11	*Sem.*	4	*Aod Beniamita II. Iudex.*			
12	*Arphaxad.*	5	*Sanegar Beniamita Iud.*	4	*Abisua pontifex.*	
13	*Cainan.*		*Iabin rex Chanahan Tyrannus.*			*30 Salmon.*
14	*Sala.*	6	*Barach Nephtalimita & Debora Ephraimites Iud.*	5	*Bocci pontifex.*	
15	*Heber, à quo Hebræi.*		*Madian Tyrannus.*			
16	*Phalec.*	7	*Gedeon Manassita Iud.*			
17	*Rhagau.*	8	*Abimelech Manassita.*	6	*Ozi pontifex.*	
		9	*Thola Issacharita Iud.*			*31 Booz.*
18	*Seruch.*	10	*Iahir Manassita Iudex.*	7	*Zaraias pontifex.*	
19	*Nechor.*		*Ammon Tyrannus.*			
20	*Tharrha.*	11	*Iephtha Manassita Iud.*			
		12	*Abessan Iudaita Iudex.*	8	*Meiaroth pontifex.*	
21	*Abraham, circũcisio.*	13	*Ahialon Zabulonita Iud.*			*32 Obed.*
22	*Isaac.*	14	*Abdon Ephraimita Iud.*	9	*Amarias pontifex.*	
23	*Iacob, qui et israel in Aegyptum.*		*Philisthym Tyrannus.*			
		15	*Sampson Danita Iudex.*	10	*Heli pontifex.*	*33 Iesse.*
		16	*Heli Leuita sacerdos & Iud.*	11	*Achitob pontifex,*	
		17	*Samuel Epraimita Iudex.*	12	*Abimelech pontifex.*	
		18	*Saul Beniamita primus Rex.*	13	*Abiatar pontifex.*	*34 Dauid Rex*
		1	*Dauid Iudaita Rex.*			

	REGES.
2	*Salomon David F. Rex.*
3	*Roboam.*
4	*Abia.*
5	*Asa.*
6	*Iosaphat.*
7	*Ioram.*
8	*Ochozias.*
9	*Athalia,*
10	*Ioas.*
11	*Amasias.*
12	*Ozias.*
13	*Ioatham.*
14	*Achaz.*
15	*Ezecias.*
16	*Manasses.*
17	*Amon.*
18	*Iosias.*
19	*Ioachaz.*
20	*Ioacira.*
21	*Ioachim qui & Iechonias.*
22	*Sedecias. Hierosolima deruta, Templum exustũ Captiuitas Babylonis.*

	PONTIFICES.	
14	*Sadoc F. Achitob. pont.*	
	Iosephus.	*Paralyp. XIII.*
15	*Achimas.*	*Achimas.*
16	*Azarias.*	*Azarias.*
		Ioannam.
17	*Ioram.*	
		Azarias II.
18	*Isus.*	
19	*Axioram.*	
		Amarias.
20	*Phidias.*	
21	*Sudeas.*	*Achitob II.*
22	*Iulius.*	
		Sadoc II.
23	*Iotham*	
24	*Vrias.*	
		Sellum.
25	*Nerias.*	
26	*Odeas.*	
		Helcias.
27	*Sallum.*	
		Azarias III.
28	*Helcias.*	
		Saraias.
29	*Sareas.*	
30	*Iosadec.*	*Iosedec.*


	Lucas.	*Matthaus.*
54	*Salatiel F. Iechoniæ regis.*	
55	*Zorobabel.*	
	Resa.	
	Iohanna.	56 *Abiud.*
	Iuda.	
	Ioseph.	57 *Eliacim.*
60	*Semei.*	
	Mathathias.	58 *Azor.*
	Mathath.	
	Nagge.	
	Hesli,	59 *Sadoc.*
	Naum.	
	Amos.	
		60 *Achim.*
	Matthathias II.	
	Ioseph.	
		61 *Eliud.*
	Ianne.	
70	*Melchi.*	
		62 *Eleazar.*
71	*Leui.*	
72	*Matthat.*	63 *Matthan.*
73	*Heli qui & Ioachim.*	64 *Iacob.*
74	*Maria virgo.*	65 *Ioseph.*
75	IESVS CHRISTVS.	

	PONTIFICES.
31	*Iesus F. Iosedec.*
32	*Ioacim F. Iesus.*
33	*Eliasib F. Ioacim.*
34	*Iudas alias Ioiada F. Eliasib*
35	*Ionathas alias Ioannes F. Iuda.*
36	*Iaddus alias Iadua F. Ionatha.*
37	*Onias Iaddi F.*
38	*Simon Iustus Oniæ F.*
39	*Eleazarus Oniæ F.*
40	*Manasses Iaddi F.*
41	*Onias II. Simonis F.*
42	*Simon II. Oniæ II. F.*
43	*Onias III. Simonis II. F.*
44	*Iesus II. Simonis II. F.*
45	*Onias IIII. Simonis II. F.*
46	*Alcimus.*
47	*Ionathas Assamonaeus Matthathiæ F.*
48	*Simon Assamonaeus II. Dux dux.*
49	*Ioannes Hyrcanus Simonis F. III. Dux.*
50	*Aristobulus Hyrcani F. Rex & sac. I.*
51	*Alexãder Ianneus II. Rex & sac.*
52	*Hyrcanus II. Rex & sacerdos III.*
53	*Aristobulus Rex & sac. VI.*
54	*Antigonus Rex & sac. V.*
	Herodes Magnus: &c. Rex.
55	*Aristobulus sacerdos.*
56	*Ananelus primus ex alienigena pontifex.*

ONV-



ONVPHRII PANVINII VERONENSIS, FRATRIS EREMITAE AVGVSTINIANI, SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS, PONTFICVM IMPERATORVM ET CONSVLVM ROMANORVM.



FASTI,

A CAESARE DICTATORE, VSQVE AD IMP. CAES. Maximiliapum II. Augustum, Ad historiæ Christianæ,& præsertim primitiuæ Ecclesiæ cognitionem scitu necessarij.

Anni Vrbis condita.	Anni Imperij.	CONSVLES ET IMPERATORES			RESP. IVDAICA.	Anni Mũdi.
		C. IVLIVS C.F.C.N. CAESAR DICTATOR PERPETVVS REI PVBLICÆ ROMANÆ CONSTITVENDÆ CAVSSA. Imperauit ex A. D. Kal. Ianuarij secundi consulatus, vsque ad cædem Annos IIII. menses II. dies XV.				
706	1	C.Iulius C.F.C.N. P.Seruilius P.F.C.N.	Cæsar II. Vatia Isauricus	16	Annus regni, & sacerdotij Hyrcani Assamonæi Alexãdri F. Sextus decimus. Qui quintus ab Aristobulo magni Hyrcani F. Rex Iudęorum & pontifex maximus fuit. Sex Iulius Sex.F.C.N.Cæsar procos Suriæ in locum Q. Cæcilij Metelli Scipionis Pij Pompeianæ partium ducis à C.Cæsare creatus.	6263
707	2	Q.Fufius Q.F.C.N. P.Vatinius P.F.	Calenus	17		6264
708	3	C.Iulius C.F.C.N. M.Aimilius M.F.Q.N.	Cæsar III. Lepidus	18		6265
709	4	C.Iulius C.F.C.N. Sine collega.	Cæsar IIII.	19	Danielis hebdomas LX. Annus Sabbaticus CCXXII. Cæcilius Bassus Suriæ procos. in locum Sex. Cæsaris occisi,	6266
710	5	C.Iulius C.F.C.N. M.Antonius M.F.M.	Cæsar V. Nepos	20	Hoc anno Idibus Martijs C. Cæsar Dictator occisus est	6267
711	6	C.Vibius C.F.C.N. A.Hirtius A.F-	Pansa Capronianus	21	P.Cornelius P.F. Dolabella procos Suriæ á populo creatus. C.Cassius longinus Suriæ procos à Cæsare & senatu designatus.	6268
		M·AIMILIVS, LEPIDVS, M. ANTONIVS, C. IVLIVS, DIVI F. CÆSAR OCTAVIANVS III. VIRI REI PVBLICÆ CONSTITVENDÆ. Annos XI. menses IX. dies VI.				
712	5	M.Aimilius M.F.Q.N. L.Munatius L.F.L.N.	Lepidus II. Plancus.	22	: : : Fabius procos. Suriæ. T.Didius Saxa Suriæ Legatus à M. Antonio III. Viro R.P.C. prefect'	6269

Anni Urbis	Anni Imperij	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni.	RESP. IVDAICA	Anni Mundi.
713	2	L.Antonius M.F.M.N. Pietas P.Seruilius P.F.C.N. Vatia Isauricus	23	Parthi in Suriam irruptionem faciũt	6270
714	3	Cn.Domitius M.F.M.N. Caluinus II. C.Asinius Cn. F. Pollio		T.Didius Saxa Legatus M. Antonij à Parthis ducibus Pæoro Orodis regis F. Barzapharne Satrapa,&c. T.Labieno exule Romano oppressus Suria ab ijs occupata. Hierosolimæ à Parthis captæ. Hyrcanus regno & sacerdotio exutus, in Parthiam abducitur.	6271
		HERODES MAIOR ANTIPATRI F. Idumæus, qui & Ascalonita, Antigono hoste iudicato, Rex Iudæorũ à S.P.Q.R.III. Viris *R.P.C.* auctoribus: Romæ appellatus est.	1	ANTIGONVS ASSAMONEVS Aristobuli *F.F.VI.* Iudæorum Rex, & sacerdos à Parthis creatus, regnauit annos III.	
715	4	L.Martius *L.F.C.N.* Censorinus C.Caluisius *C.F.* Sabinus	2	P.Vĕtidius P.F.Bassus Legat' Suriæ à M. Antonio missus. Labienũ occidit, Parthos Suria expulit, prouincias ab ijs occupatas recuperauit.	6272
716	5	Ap.Claudius C.F.Ap.N. Pulcher C.Norbanus C.F. Flauus	3	P.Ventidius P. F. Bassus Pæorum Orodis Parthorum regis F. occidit Romæ triumphauit. C.Sosius *C.F.T.N.* Surię legatus à M. Antonio *III.* Viro. *R.P.C.* creatus. Hebdomas Danielis *LXI.* Annus Sabbatarius à Iosua *CCXXIII.* Ioseph. lib xv.cap.1.	6273
717	6	M.Vipsanius L.F. Agrippa L.Caninius L.F. Gallus		Hierosolymæ tertio mense, ipsa ieiuniorum die à Romanis C.Sosio procos.& Herode rege ducibus captæ, Antigonus Rex in deditionem acceptus,& occisus.	6274
			1	HERODES primus ex alieno à regibus genere Rex Iudęorũ regnauit annos XXXVII. Ananelus Leuites Babylonius primus, ex alieno à pontificibus genere Iudæorum summus pontifex ab Herode rege creatus.	
718	7	L.Gellius *L.F.L.N.* Poplicola M.Cocceius *M.F.* Nerua	2	M.Antonius *M.F.III.* Vir.*R.P.C.* Orienti prępositus, L.Munatius L.F.Plancus Suriæ Legatus.	6275

M. AIMILIVS M.F. LEPIDVS III. VIR. R. P.C. II. COACTVS à collega Octauiano abdicauit.

				Aristobulus Alexandri F. Antigoni N. summus Iudæorũ sacerdos abrogato Ananelo ab Herode rege creatus, an.1.	

L.Corni-

Anni Vrbis	Anni imperij	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni	RESP. IVDAICA.	Anni mūdi
719	8	L.Cornificius L.F. Nepos Sex.Pompeius Sex.F. Nepos	3	Ananelus leuites Babilonius Aristobulo occiso, iterum pōtifex Iudæorum ab Herode rege factus.	6276
720	9	M.Antonius M.F.M. Nepos II. L.Scribonius L.F. Libo	4		6277
721	10	C.Iulius Diui *F.C.N.* Cęsar Octauianus II. L.Volcatius L.F.Q.N. Tullus	5	L.Calpurnius L.F.M.N. Bibulus Suriæ Legatus.	6278
722	11	Cn.Domitius L.F.Cn.N. Ahenobarbus C.Sosius *C.F.T.* Nepos	6		6279
723	12	C.Iulius Diui *F.C.N.* Cæsar Octauianus III. M.Valerius M.F.M.N. Messalla Coruinus	7	Hebdomas LXII. Annus Sabbaticus CCXXIIII. Hyrcanus olim Iudęorum summus pontifex, qui à Parthis dimissus fuerat, ab Herode rege necatus est.	6280

C.IVLIVS DIVI F. C.N. CAESAR OCTAVIANVS.

Secundus populi Romani Imperator, victo ad Actium IIII. Nonas Septembris, M. Antonio III. Viro R.P.C. Solus Rempublicam Romanam principis nomine tenuit annos XLIII. menses XI. dies XVIII.

Anni Vrbis	Anni imperij	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni	RESP. IVDAICA.	Anni mūdi
724	1	C.Iulius Diui *F.C.N.* Cæsar Octauianus IV. M.Licinius M.*F.*M.N. Crassus	8	Annus Iobileus à primo à Mose instituto XXXII. Capidius Suriæ legatus à Cæsare, victo M.Antonio, creatus.	6281
725	2	C. Iulius Diui *F.C.N.* Cæsar Octauianus V. Qui in hoc honore Imperator appellatus est. Sex. Apuleius Sex.*F.*Sex. Nepos	9	M.Tullius M.F.M.N. Cicero Suriæ procos.	6282
726	3	Imp.Cæsar Diui *F.C.N.* Octauianus VI. M.Vipsanius L.F. Agrippa *II.*	10	Ananelo successit Iesus Phabetis *F.* II.ex alienigenis Iudæorum summus pontifex, priuatus.	6283
727	4	Imp.Cæs.Diui *F.C.N.* Octauianus *VII.* Qui in hoc honore Augustus appellatus est M.Vipsanius *L.F.* Agrippa *III.*	11		6284
728	5	Imp.Cæsar Diui *F.C.N.* Augustus *VIII.* T.Statilius *T.F.T.N.* Taurus *II.*	12		6285
729	6	Imp.Cæs.Diui *F.C.N.* Augustus *IX.* M.Iunius *D.F.M.N.* Silanus	13	:::A Elius Gallus Suriæ procos.	6286
730	7	Im.Cæsar Diui *F.C.N.* Augustus X. C.Norbanus *C.F.C.N.* Flaccus	14	Priuato Iesu. Simon Boethi Alexandrini F. *III.* Iudęorum ex alienigenis summus pontifex ab Herode rege (cuius socer fuit) constituitur, priuatus. Hebdomas LXIII. Annus Sabbaticus CCXXV.	6287
731	8	Imp.Cæsar Diui *F.C. N.* Augustus XI Cn. Calpurnius Cn. F. Cn.N. Piso	15		6288

Anni imperij.	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni.	RESP. IVDAICA.	Anni mundi
9	M.Claudius M.F.M.N. Marcellus AEserninus L.Arruntius L.F.L. Nepos	16	M.Vipsanius L.F. Agrippa Orienti, & Suriæ præfectus. ::::...Varus Suriæ legatus.	6289
10	Q.Aemilius M.F. Lepidus M.Lollius M.F.:: Nepos	17	Augustus in Suriam accessit.	6290
11	M.Appuleius Sex.F.Sex. Nepos P.Silius P.F.C.N. Nerua	18	Templum Solomonis Hierosolymis ab Herode rege magnificentissimè restitutum.	6291
12	C.Sentius C.F.C.N. Saturninus Q.Lucretius Q.F. Vispillo	19		6292
13	P.Cornelius P.F.Cn.N. Lentulus Marcellinus Cn.Cornelius L.F. Lentulus	20		6293
14	C.Furnius C.F.P. Nepos C.Iunius C.F.C.N. Silanus	21	Hebdomas LXIIII. Annus Sabbaticus CCXXVI.	6294
15	L.Domitius Cn.F.L.N. Ahenobarbus P.Cornelius P.F.P.N. Scipio	22	Hoc anno VI.Idus Septēbris Beatissima Virgo Maria Dei mater in Nazaret Galilææ nata est ex tribu Iuda, patre Ioacimo, matre Anna.	6295
16	M.Liuius L.F. Drusus Libo L.Calpurnius L.F.L.N. Piso Cæsoninus	23		6296
17	M.Licinius M.F.M.N. Crassus Cn.Cornelius Cn.F.Lētulus Augur	24		6297
18	Ti.Claudi⁹ Ti.F.Ti.N.Nero, Qui postea Ti. Cæs. Augus. appellat⁹ est. P.Quinctilius Sex.F. Varus	25	Titus....Suriæ legatus.	6298
19	M.Valerius M.F.M.N. Messalla Barbarus AEmilianus P.Sulpicius P.F.P.N. Quirinus	26	Huius Quirini meminit Lucas cap. II. Euangelij.	6299
20	Paulus Fabius Q.F.Q.N. Maximus Q.Aelius Q.F. Tubero	27		6300
21	Iulus Antonius M.III.Viri *F.M.* Nepos Q.Fabius Q.F.Q.N. Maximus Africanus	28	Hebdomas *LXV.* Annus Sabbaticus *CCXXVII.*	6301
22	Nero Claudius Ti.F.Ti.N. Drusus Germanicus T.Quinctius T.F. Crispinus Sulpicianus	29		6302
23	C.Marcius *L.F.L.N.* Censorinus C.Asinius C.F.Cn.N. Gallus	30	C.Sentius *C.F.C.N.* Saturninus P.Volumnius Suriæ legati	6303
24	Ti.Claudius Ti.F.Ti.N. Nero II. Cn.Calpurni⁹ Cn.F.Cn.N. Piso II.	31	... D.Lælius	6304

Anni Vrbis	Anni imperij	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni	RESP. IVDAICA.	Anni müdi
748	25	D.Lælius D.F.D.N. Balbus C.Antistius C.F. Vetus	32	C. Cæsar Augusti F. Orienti præpositus.	6305
749	26	Imp.Cæsar Diui F.C.N. Augustus XII. L.Cornelius P.F.P.N. Sulla	33		6306
750	27	C.Caluisius C.F.C.N. Sabinus L.Passienus Q.F. Crispinus Rufus	34		6307
751	28	C.Cornelius L.F. Lentulus Flamen Martialis M.Valerius M.F.M.N. Messallinus Cottà	35	Hebdomas LXVI. Annus Sabbatarius CCXXIIX. P.Quinctilius Sex. F. Varus Legatus Suriæ.	6308
752	29	Imp.Cæsar Diui F.C.N. Augustus XIII. M.Plautius M.F.A.N. Siluanus	36	Hoc anno VIII. Kal. Aprilis D. N. Iesus Christus in vtero Virginis ex spiritu sancto concipitur. Eodem anno VIII.Kal.Iulij D.Ioannes Baptista nascitur.	6309
		D. N. IESVS CHRISTVS DEI FILIVS VIII. KAL. Ianuarij natus est.			Anni Christi.
753	30	Cossus Cornelius Cn.F. Lentulus C.Calpurnius Cn.F.Cn.N. Piso Augur	37	Kal. Ianuarij D.. N Iesus Christus circuncisus.à Magis adoratus. pueri Bethleemitici occisi. Iesus fuga in Aegyptum delatus. Matthias Theophili Hierosolymites priuato Simone IV. Iudæorum põtifex, priuatus ab Herode. Iosephus Ellemi F.V. Iudæorum pontifex die vno viuente Matthia.	1 6310
754	31	C.Iulius Augusti F.Diui N. Cæsar L.Aimilius L.F.M.N. Paullus	1	Ioazarus Simonis Boethi pont.F.vj. Iudæorũ põt..vxoris Herodis regis frater paulo ante eius obitũ creatus. ARCHELAVS Herodis F. II. Iudæorum Rex annos IX. ab Augusto Cæsare creatus. Herodes Antipas Herodis F. Rex Galilææ. ann. XXXVI. Philippus Herodis F. Rex Trachonitidis ann. XXXIII.	2
755	32	P.Vinicius M.F.P.* Nepos P.Alfinius P.F. Varus	2	D.Ioannes Euangelista natus. D.N.Iesus Christus ex AEgypto in Galilæam relatus. Eleazar* Simonis Boethi põt.F.Ioazari frater, vij. Iudæorũ põt.max ab Archelao, fratre priuato, creatus.	3
756	33	L.Aelius L.F. Lamia M.Seruilius.M.F. Geminus	3		4
757	34	Sex.Aelius Q.F. Catus C.Sentius C.F.C.N. Saturninus	4		5

Anni Urbis	Ann Imperij	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni	RESP. IVDAICA.	Anni Christi
758	35	L.Valerius Potiti *F. M.N.* Messalla Volusus Cn.Cornelius L.F.L.N. Cinna Magnus	5	Iesus Siæ *F. IIX.* Iudeorum pontifex Maximus, priuatus. Hebdomas Danielis *LXVII.* Annus Sabbatarius *CCXXIX.*	6
759	36	M.Aimilius *L. F.* Lepidus L.Arruntius *L.F.L.* Nepos	6		7
760	37	A.Lucinius *A.F.* *Nerua* Silianus Q.Cæcilius Q.F.Q.N. Metellus Creticus Silanus	7		8
761	38	M.*Furius* P.*F.*P.N. Camillus Sex.Nonius L.F.L.N. Quintilianus	8		9
762	39	C.Poppæus Q.F.Q.N. Sabinus Q.Sulpitius Q.F.Q.N. Camerinus	9	Ioazarus Simonis Boethi pôt.filiꝰ Iudęorũ pont. Max.iterum priuatus.	10
763	40	P.Cornelius P.F.P.N. Dolabella C.Iunius C.F.C.N. Silanus Flamen Martialis	1	P.Sulpicius P.F.P.N. Quirinus Suriæ Legatus. Archelaus Rex ab Augusto Cęsare regno exactus. Viennã Gallię relegatus est. Iudæa dispẽsationi Surię addita, cuius C. Coponius primus procurator fuit an.ij.	11
764	41	M.Aimilius Q.F.M.N. Lepidus T.Statilius T.F.T.N. Taurus	2	Puer Iesus in tẽplo cũ doctorib. disputat. Ananꝰ, alias Hanna, Sethi F. *IX.* Iudæorũ pôtifex Maximꝰ à Quirino cõstitutus, annis *XX.* priuatus.	12
765	42	Ti.Iulius Ti.F.Augusti N. Germanicus Cæsar C.Fontius C.F.C.N. Capito	3	Hebdomas *LXIIX.* Annus Sabbaticus CCXXX. Q.Cæcilius Q.F.Q.N. Metellus Creticus Silanus Suriæ legatus. M.Ambiuiꝰ II. Iudæę procurator an.I	13
766	43	C.Silius P.F.P. Nepos L. Munatius *L.F.L.N.* Plancus	1	::: Annius Rufus III. Iudææ procurator an.ij.	14
767	44	Sex.Pôpeius Sex.F.Sex. Nepos Sex Appuleius Sex F.Sex. Nepos	2		15
		Hoc anno XIIII. Kal. Septembris Imp. Cæsar Augustus mortuus est. TI. IVLIVS DIVI AVGVSTI F. DIVI N. CAES. AVGV. GERMANICVS *III. populi Romani Imperator, imperauit annos XXII. menses VI. dies* XXVI.			
768	1	Drusus Iulius Ti.Aug.F. Diui Aug. N.Cæsar C.Norbanus C.F.C.N. Flaccus	1	M.Valerius Gratus IIII. Iudææ procurator an.xj.	16
769	2	T.Statilius T.F.T.N.Sisenna Taurus L.Scribonius L.F.L.N. Libo	2		17
770	3	C.Cœlius *C.F.* Rufus L.Pomponius L.F.L.N. Flaccus	3	Cn.Calpurnius Cn. F. Cn. N. Piso Suriæ legatus, Germanicꝰ Cæsar Oriẽti propositus.	18
771	4	Ti Cæsar Diui Aug.F.Diui N. Augustus III. Ti.Iulius Ti. Aug. F.Diui Aug. N. Germanic.Cæsar II.	4		19

M.Iu-

Anni Vrbis	Anni imperij	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni	RESP. IVDAICA.	Anni Christi
772	5	M.Iunius *M. F. M. N.* Silanus L. Norbanus *C. F. C. N.* Flaccus Balbus	5	Hebdomas Danielis LXIX. Annus Sabbaticus *CCXXXI.* Cn. Sentius *C.F.C.N.* Saturninus Suriæ legatus.	20
773	6	M.Valerius *M.F.M.N.* Messalla M.Aurelius *M.F.M.N.* Cotta	6	Annus Iobileus XXXIII.	21
774	7	Ti.Iulius Diui Aug.F. Diui N. Cæsar August. *IIII.* Drusus Iuli⁹ Ti.Aug.F.Diui Aug.N Cæsar *II.*	7		22
775	8	C.Sulpicius Ser.F.Ser.N. Galba D. Haterius Q.F. Agrippa	8		23
776	9	C.Asinius C.F.C.N Pollio C.Antistius C.F.C.N. Vetus	9	L.Aelius L. F. Lamia Suriæ legatus	24
777	10	Ser.Cornelius Ser.*F.* Cethegus L.Visellius C.F.C.N. Varro	10	L. Pomponius *L. F. L. N.* Flaccus Suriæ Legatus	25
778	11	Cossus Cornelius Cossi F.Cn. N. Lentulus Isauricus M.Asinius M.F. Agrippa	11		26
779	12	Cn.Cornelius Cn.F.Cn.N.Lentulus Getulicus C.Caluisius C.F.C.N. Sabinus	1	::::Pontius Pilatus V. Iudææ procurator an.X. Hebdomas Danielis nouissima LXX.Ann⁹ Sabbatari⁹ CCXXXII.	27
780	13	M.Licinius M.F.M.N.. Crassus L.Calpurnius L.F.L.N. Piso	2		28
781	14	Ap.Iunius *C.N.C.N.* Silanus P.Silius *P.F.P.N.* Nerua	3		29
782	15	C.Rubellius Geminus C.Fufius Geminus	4	Hoc anno D.N. Iesus Christus à D. Ioanne Baptista in ordane fluuio baptizat us est, in dimidio hebdomadis.	30
783	16	L.Cassius *L.F.L.N.* Longinus M. Vinicius *P.F.M.N.* Quartinus	5	Anano aliàs Hanna summo Iudæorum pontifice priuato, Ismaëlus Phabi F.X .Iudæorũ summus pontifex fuit an.*1*.priuatus. D. N Iesus Christus salutarem cũctis gentibns doctrinã prędicãs, discipulos legit, ecclesiã constituere cœpit.	31
784	17	Ti.Cæsar Diui Aug.F. Diui N. Augustus V. L.AElius L.F. Seianus	6	Eleazarus Anani põtificis F.XI. Iudęorum pontifex maximus ann.1. priuatus. Ioannes Baptista ab Herode Tetrarcha Galilææ capite cæsus.	32
785	18	Cn.Domiti⁹L.F.Cn.F.Ahenobarb⁹ A.Vitellius P.F.Q. Nepos	7	Simon Camithi F. XII. Iudæorum pontifex, priuatus.	33
786	19	Ser.Sulpicius *C.F.Ser.N.* Galba. Qui postea Augustus appellat⁹ est	8	Iosephus Caiphas XIII. Iudæorum summus pontifex ann. 1.priuatus.	34

L.Cor-

Anni Vrbis.	Anni Imperij	CONSVLES ET IMPERATOR.	Anni regni.	RESP. IVDAICA ET CHRISTI.	Anni Christi.
		L.Cornelius L.F.P.N. Scilla.		Hebdomas Danielis LXX. finita. Annus Sabbatarius CCXXXIII. à primo sub Iosua inito.	

HOC ANNO VII. KALEND. APRILIS D.N. IESVS CHRISTVS DEI FIlius crucifixus, triduo post a mortuis resurrexit.

D.N.Iesus Christus quadragesimo post resurrectionem die in cœlum ascendit, quinquagesimo spiritum sanctum in Apostolos effudit. Reliquit Apostolos XII.discipulos LXXII.& plus quàm quingentos fratres.

S. SIMON PETRVS CEPHAS Ioannis F. Bethsaidensis Galilæus, Iesu Christi discipulus, atque ab eo princeps Apostolorum constitutus, Christianorum primus episcopus, præfuit ecclesiæ post Christi mortem annos xxiiij menses iij.dies iiij.Septem diacones instituti.Stephanus lapidatus.

IACOBVS Iustus, qui,& minor,& frater Domini, & Oblias, id est, murus, & Nazaræus, hoc est, sanct⁹, dict⁹ est, Alphæi,& Mariæ Cleophe F. Iudæ Thaddæi frater, Hierosolimorũ episcopus primus ab Apostolis ordinatus sedit ann.xxx.

787	20	Paulus Fabius Paulli F.Q.N. Persicus. L.Vitellius P.F.Q. Nepos.	9	Paulus apostolus, qui & Saulus ad Christi fidem diuinitus cõuersus, ex Damasco, vbi baptizatus fuit, in Arabiã abijt. Simon magus Samarites primus hæresiarcha. Ionathas Anani pontificis F. XIIII. Iudæorum pontifex, priuatus. Philippus Tetrarcha Herodis F.obijt. L.Vitellius P. F. Q. N.Suriæ, & Orienti præfectus.	35
788	21	C. Cestius Camerinus Gallus M. Seruilius M.F.M.N. Rufus Nonianus	10	Philippus Diaconus euangelista, & alij quattuor diaconi, Procorus, Nicanor, Timo. Parmenas.	36
789	22	Q.Plautius Q.F. Lælianus Sex Papinius Q.F. Gallienus	1	Saulus ex Arabia Damascum redijt Theophilus Anani Pont F. XV. Iudæorum pontifex, priuatus Marcellus in locum Pilati VI. Iudææ procurator annum 1.	37
790	1	Cn. Acerronius Proculus C.Pontius. Nigrinus	5	Saulus Hierosolyma ex Damasco primùm accesсit ad Apostolos, inde per Cæsareã Tarsum se cõtulit.	38

Hoc anno XVII.Kal.Aprilis Ti.Iulius Cæsar Augustus mortuus est.
C.IVLIVS GERMANICI CÆS. F. TI. AVG. N. DIVI AVG. PRON.
Cæsar Augustus Germanicus IIII. Imperator, annos III.menses X dies IX.

				Agrippa Aristobuli F.Herodis magni N. Rex à Caio appellatus, regnauit in Palæstina annis VII. P.Petronius Suriæ Legatus,& Iudææ rector. Herodes Antipas Galilææ Tetrarcha Lugdunum Galliæ à Caio relegatus.	
791	2	C.Iulius Germanici Cæsaris F. Cæsar Augustus II. L.Apronius L.F.L.N. Cæsianus	2	S.Petrus Lyddæ AEneam Paralyticũ sanitati restituit. Tabitam Dorcadem à mortuis suscitauit Ioppe, Vbi diuinitus admonitus est, vt gentiles ad Christi fidem susciperet. M.Aquil-	39

Anni Vrbis	Anni Imperij	CONSVLES ET IMPERATO.	Anni regni.	RESP. IVDAICA ET CHRISTI.	Anni Christi.
792	3	M.Aquillius C.F. Iulianus P.Nonius M.F. Asprenas Torquatus	3	S.Petrus Cæsareæ Cornelio Centurione gentili baptizato, ex gentibus primam ecclesiam constituit.	4
1539	5	Synodus diœcesana Hildesheimensis, capita L. reformationis ecclesiasticæ edita.	21	Conuentus Françofordiæ principū protestantium de Religione. Georgius Saxoniæ Dux Catholicæ partis studiosißimus, Lutherique hostis acerrimus piè obiit.	20
1540	6	Congregatio clericorum regularium societatis nominis Iesu ab ignatio Loyola Hispano viro sancto instituta, à Paulo 3. papa confirmatur.	22	Smalcaldiæ conuentum habent protestātium principum legati, cui interfuere Iustus Ionas, Ioann. Pomeranus, N. Cruciger, Philipp. Melanchton è Lutheri discipulis: è Zuuinglianis, M. Bucerus acturi de vniendis Lutheranorum & Zuuinglianorum sectis. Conuentus principum Vormatiensis de religione.	21
1541	7	Pontifex & Cæsar Lucæ congrediuntur. Comitia Ratisponensia de religione, quibus apostolicæ sedis legatus Gaspar Contarenus Cardinalis interfuit.	23	Reliqua regni Hungarici pars à Turcis occupata, bello Ioannis regis morte, inter Ferdinandum Cæsarem, & Solimanum regem in Pannonia excitato. Rex Franciscus contra Lutheranos & Sacramentarios edicta in Galliarum regno reuocauit.	22
1542	8	Concilio generali à Paulo 3. Tridenti indicto, tres Cardinales, Petrus Paulus Parisius, Io. Moronus, Reginaldus Polus eo ablegantur, qui nouis exorientibus bellis rebus infectis abiere. Hactenus hi qui chronicon Eusebij Pāphili suppleuerunt.	24	Ioann. Hoffmesterus Augustinianorum per Germaniam Vicarius generalis vir doctus, & scriptor illustris. Iacobus V. Scotorum rex, sine mascula prole moriens, Mariam puellam filiam hæredem reliquit, quæ postea Francisco II. Francorum regi nupsit. Bellum inter Cæsarem, & Franciscum & Francorum regem renouatum.	23

Anni pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Orien.
2	Synodus Romę à Ioanne XXIII. papa celebrata. Bartholomæus Capra, ciuis & 110. Mediolanen. archiepiscopus an. 23. Sigismundum Imp. coronauit.	1	Cæsar Iodocus obijt XIII. Kalend. Aprilis. IMP. CÆS. SIGISMVNDVS P.F. Aug. creatus mense Martio Imperauit ann. 26. mens. 8. dies....	28
3	Antonius II. Pancerinus de Portu gruario Carnus, Cardinalis S.R.E. patriarcha Aquileiensis ann. 19. Antonius 3. de pōte Venetus ex episcopo Cōcordiēsi in schismate creat' patriarcha Aquileiēs. sed. an. 6.	2		29
4		3		30
5	Concilium generale Constantiense inchoatum.	4	Iordanus Saxo, Petrus Bruncquellus Augustinus Romanus ex ordine fratrum Eremitarum S. Augustini Theologi eximij.	31
6	Ioannes XXIII. papa coactus abdicauit prid. Kal. Iunij. Vacauit sedes ann. 2. mens. 5. dies 10. Gregorius XII. papa per procuratorem abdicauit 4. Nonas Iunij.	5	Ioannes Hus, & Hieronymus Pragensis hæresiarchæ in Concilio Constantiensi damnati & combusti.	32
2		6		33
3 210	MARTINVS III. dictus V. Romanus Otho Columna, ex diacono Cardinale S. Georgij in Velabro CCX. Christianorum pontifex, creatus in concilio Constantiensi 3. Id. Nouemb. consecrat. 11. Kal. Decemb. sed. an. 13. mens. 3. dies 10.	7	Benedicto XIII. papæ pōtificatus in Concilio Constantiensi abrogatus est 7. Kal. Augusti. Non. paruit. Angelus Corarius olim Gregorius XII. obijt mense Octob.	34
1	Concilium Constantiense finitum. Ludouicus II. Dux Dechensis, patriarcha Aquileiensis, sedit ann. 17. ANNVS IOBILEVS V.	8	IMP. CÆS. IOANNES VII. MANVELIS F. PALÆOLOGVS pius felix Aug. Imperauit ann. 27. Vencesllaus olim Rex Romanorum.	1
2	Baltassar Cossa olim Ioannes XXIII. papa obijt XI. Kal. Ianuarij Florentiæ.	9	Euthymius II. monachus CXXVII. patriarcha Constantinopolitanus, sedit ann. 5. mens. 5.	2
3		10		3
4	Paulus Venetus ordinis Eremitarū S. August. philosophus, & Theologus, Thomas de Kēpis canonicus regularis, Hēricus de Cosueldia ordinis Carthusianorum, Theologi.	11		4
5		12		5

ANNVS

Anni Christi	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Orient.
1423	6	ANNVS IOBILEVS V.	13		6
1424	7	Benedictus quondam papa XIII. obijt mense Septemb. in eius locum in schismate factus est. CLEMENS 8. Egidius Munionis Canonicus Barchinonensis, qui in schismate sedit ann.4.	14	Iosephus II. monachus CXXII X. patriarcha Constantinopolitanus ann.15.	7
1425	8	*Ordo monachorum Eremitarum S. Hieronymi à Lupo Oliuetano Romæ in monasterio S. Alexij restitutus sub propria regula ex S. Hieronymi scriptis excerpta.*	15		8
1426	9		16		9
1427	10		17		10
1428	11	Clemens VII. antipapa abdicauit, schisma XXVI. finitum anno quinquagesimo ab eius initio.	18		11
1429	12		19		12
1430	13		20		13
1431	(115) 1	*Martinus 5. papa. ob. X. Kal. Mar. Vac. sed. di. 10.* EVGENIVS IIII. VENETVS D. Gabriel Condelmerius Canonicus Secularis Cælestini habitus S. Georgij in Alga Venetijs ex presb. Cardinale tt. S. Clementis, creatus 5. Non. Martij coronatus V. Idus Martij, sedit ann. 15. mens. 11. dies 21.	21	Concilium Basileiense inchoatum.	14
1432	2		22	Sigismundus Imperator Romæ in basilica Vaticana ab Eugenio IIII. papa XV. Kal. Iunij coronatus est.	15
1433	3	Ordo fratrum S. Ambrosij ad Nemus Mediolani institutus confirmatur sub regula S. Augustini.	23	Franciscus Piciolpassus Bononiensis CXI. Mediolanensis archiepiscopus, sedit ann.8.	16
1434	4		24		17
1435	5	Ioannes V. Vitellius Patriarcha Aquileiensis ann.5.	25	Nicolaus Siculus abbas, & Panormitanus archiepiscopus, iuris interpres doctissimus. Blondus Flauius Forliuiensis historicus, clarissimus.	18
1436	6		26		19
1437	7		27	Sigismundus Imp. obijt V. Idus Decembris. Interregnum; dierum 22. Conci-	20

Anni Christi.	Anni pont.	Pontifices	Occid.	Imperatores Romani	Orient.
1438	8	Concilium generale Florentinum Ferrariæ inchoatum.	5	CÆSAR ALBERTVS IVNIOR AVSTRIACVS Rex Romanorum creatus Kalend. Ianuarij imperauit annum 1.mens. 9. dies 27.	21
1439	9	Concilium generale Florentinum finitum. FELIX IV. dict° V. ALLOBROX Amade° olim Subaudiæ dux, ex monacho in schismate quod 28. fuit cõtra Eugenium 4. in Concilio Basileiẽsi antipapa creat° Non. Nouẽb. coronatus anno sequenti IX. Kal. Aug. sed. ann. 9. mens. 5. dies....	2	Albertus rex Romanorum obijt VI. Kal. Nouemb. Interregnum mens. 2. dierum 4.	22
1440	10	Ludouicus 3. Mediarota Patauinus S. R. E. Cardinalis, Aquileiensis patriarcha ann. 25.	1	IMP. CÆS. FRIDERICVS III. AVTRIACVS HERNESTI F. PIVS FELIX AVGVSTVS creatus Kal. Ianuarij Imperauit ann. 53. mens. 7. dies 29. Gregorius 3. monachus Orthodoxus CXXIX. patriarcha Constantinopolitanus ann. 13.	23
1441	11	Henricus 3. De S. Allusio ex episcopo Terdonensi Papiensis ciuis & 112. Mediolanensis Archiepiscopus annos 9. S.R.E. Cardinalis.	2	Mathæus Palmensis Florentinus chronographus. D. Antoninus archiepiscopus Florẽtinus vir doctiss. Io. de Capistrano ordinis minorum vir sanctiss.	24
1442	12	Concilium Basileiense absolutum.	3		25
1443	13		4		26
1444	14		5		27
1445	15		6	IMP. CÆS. CONSTANTINVS XV. PALÆOLOGVS MANVELIS II. Aug. F. Pius Fel. Aug. imperauit in Oriente annis circiter 7.	1
1446	16		7		2
1447	1 212	Eugenius 4. papa ob. 8. Kal. Martij. Vac. sed. dies 10. *NICOLAVS V. SERGIANENSIS Lucensis diœcesis Thomas Lucanus Bartholomæi Medici f. ex presbytero Cardinale tt. S. Susannæ creatus prid. Non. Martij, coronatus XV. Kalend. April. sedit ann. 8. dies 19.*	8		3
1448	2		9		4
1449	3	Felix V. Antipapa abdicauit ..... Kal. Maij, schisma XXVIII. finitum.	10	Nicolaus de Cusa S.R.E. Cardinalis, Theologus.	5

ANNVS

Anni Christi.	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Orient.
1450	4	ANNVS IOBILEVS VI.	11	Ioannes Vicecomes 2. iterum Archiepisc. Mediolanensis factus, sed. an. 3.	6
1451	5		12	Fridericus Imper. Romæ in basilica Vaticana 16. Kal. April. Nicolao V. papa coronatus est.	7
1452	6	Bessario Græcus Cardinalis S. R. E. primus post captam Constantinopolim ex Latinis patriarcha Constantinopolitanus an. 20. Gennadius Scholarius primus ex Græcis post captam Constantinopolim patriarcha Constantinopolitanus.	13	Constantinopolis 4. Kal. Iunij à Turcis capta, Constantinus Imperator occisus, Imperium Christianorum in Oriente finitum. MAHOMETES OTHOMANVS AMORATIS F. MAHOMETIS N. primus Turcarum Orientis Imperator, Imperauit post captam Constantinopolim an. 27. mens. 11. dies 25.	1
1453	7	Nicolaus Amidanus Cremonensis ex episcopo Placentino 113. Mediolanensis archiepiscopus an. 1.	14		2
1454	8	Fr. Gabriel Sfortia de Attendulis de Eotiniola, ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini Francisci Sfortiæ ducis frater 114. Mediolanensis archiepiscopus an. 3.	15		3
1455	1 213	Nicolaus V. papa obiit 9. kalend. April. Vac. sed. dies 14. CALLISTVS III. VALENTINVS Hispanus Alfonsus Borgia, ex presbytero Cardinale tt. SS. 4. coronatorum creatus 6. Id. April. coronatus 12. kalend. May, sed. ann. 3. mens. 4.	16	Isidorus carlis Ruthenus Græcus S. R. E. Cardinalis vir illustris.	4
1456	2		17		5
1457	3	Carolus ... Foroliuiensis monachus & abbas S. Celsi 115. Mediolanen. archiepiscopus an. 4.	18		6
1458	4 214	Callistus 3. papa obiit 8. Id. Augusti. Vac. sed. dies 12. PIVS II. SENENSIS ETRVSCVS Æneas Siluius Picholomineus Siluij f. ex presby. Cardinale tt. S. Sabinæ creatus xiiij Kal. Septem. coronatus iij Non. Septem. sed. an. 5. men. 11. d. 27.	19		7
1459	1	Conuentus Mantuanus.	20		8
1460	2		21	Sophronius monachus CXXXI. patriar. Constantinopolitanus.	9
1461	3	Dionysius Rykel, Ioannes de indagine, Iacobus Ruitrode Carthusiani, Germani, Theologi eximij.	22	Stephanus Nardinus Foroliuiensis Refendarius papæ 116. Mediolanensis archiepiscopus ann. 23. postea Cardinalis.	10
1462	4		23		11
1463	5		24		12

Anni Christi.	Anni pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Orient.
	6	Pius 2. papa obijt 19. Kal. Septemb. Vac. sed. dies 16.	25		13
1464	214	PAVLVS II. VENETVS Petrus Barbus Nicolai F ex presbytero Cardinale tt. S. Marci creatus 3. Kal. Sepr. coronatus 16. Kal. Octob. sed. an. 6. mens 19. dies 26.			
1465	1	Marcus 2. Barbus, Venetus S. R. E. Cardinalis patriarcha Aquileiensis sedit ann. 26.	26		14
1466	2		27		15
1467	3		28		16
1468	4		29		17
1469	5		30		18
1470	6		31		19
1471	7	Paulus 2. papa obijt 8. Kal. Aug. Vac. sed. dies 14.	32	Simeon monachus cxxxiij. patriarcha Constantinopolitanus.	20
	215	XYSTVS IIII. SAVONENSIS LIGVR Fr. Franciscus de Ruuere ordinis Minorum generalis minister, ex presbytero Cardinale tt. Eudoxiæ creatus V. Idus Aug. coronatus 8. Kal. Septembris, sed. ann. 13. dies 4.			
1472	1		33	Petrus Riarius Sauonensis Ligur ordinis Minorum, S.R.E Cardinalis 2 ex Latinis patriarcha Constantinopolitanus ann. 2.	21
1473	2	Ordo Minimorum à S. Francisco de Paula Calabro instituitur, & à Xysto iiii. primo confirmatur.	34		22
1474	3	Ambrosius Coriarius ordinis Eremitarum S. Augustini Generalis, Theologus eximius.	35	Hieronymus Landus Venetus archiepisc. Cretensis iij. ex Latinis patriar. Constantinopolitanus, ann...	23
1475	4	ANNVS IOBILEVS VII.	36		24
1476	5		37		25
1477	6		38		26
1478	7		39		27
1479	8		40		28
1480	9		41	Maximus Philosophus monachus Græcus CXXXIIII. patriarcha Constantinopolitanus.	29

Maho

Anni Christi	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Orient.
1481	10		42	Mahometes Imperat. Turcarum obiit V. Non. Maij. BAIAZETES OTHOMANVS II. TVRCARVM Imp. Imperauit an. 31. mens. 1. dies 21.	1
1482	11		43		2
1483	12		44		3
1484	13 217	Xystus 4. papa obiit prid. Id. Aug. Vac. sed. dies 16. INNOCENTIVS VIII. GENVENSIS LIGVR Io. Baptista Cybo Aaronis f. ex presbytero Cardinale tt Lucinæ creatus iiij. kal. Septéb. coro. prid. Id. Septéb. sed. an. 7. mens. 10. di. 27.	45		4
1485	1	Ioannes Arcimboldus Cardinalis S. R. E. ciuis & 27. Mediolanen. archiepiscopus ann. 4.	46	Ioannes Michaël Venetus, S. R. E. Cardinalis 4. ex Latinis patriarcha Constantinopolitanus an. 18.	5
1486	2		47	CÆS. MAXIMILIANVS AVSTRIACVS FRIDERICI III. Aug. F. REX ROMANORVM designatus est xiiij. kal. Martij, regnauit cum patre an. 7. mens. 6. dies 4.	6
1487	3		48		7
1488	4		49		8
1489	5	Ioannes Trithemius abbas Spanhemensis scriptor illustris.	50	Guidoantonius Arcimboldus Ioannis Cardinalis & archiepiscopi fr. 28. Mediolanen. archiepisc. an. 9.	9
1490	6	Nortuegis pontifex permisit sine vino sacrificare, quod ob immensum frigus vinum in eas regiones importatum mox acescat.	51	Nyphon monachus 135. patriarcha Constantinopolitanus.	10
1491	7	Hermolaus Barbarus Venetus designatus patriarcha Aquileiensis non iniit. In eius locum factus est. Nicolaus Donatus Venetus, qui sedit anno 14.	52		11
1492	8 218	Innocentius 8. papa obiit viij. kal. Aug. Vac. sed. dies 16. ALEXANDER VI. VALENTINVS Hispanus, Rodericus Borgia, Iofredi F. ex episcopo Cardinale Portuense, creatus iij. idus Augusti, coron. vij. kalen. Septemb. sed. ann. 11. dies 8.	53	CXXIIII. millia familiarum Iudaicarum ex Hispania pulsa.	12
1493	1		54	Fridericus 3. Imp. obiit xiiij. kal. septemb. IMP. CÆS. MAXIMILIANVS AVSTRIACVS P. F. Aug. Imperauit ann. 25. mens. 4. dies 25.	13

Anni Christi.	Anni Pont.	PONTIFICES ET	Ord.	IMPERATORES ROMANI.	Ordo.
1494	2	Paulus Iouius, & Franciscus Guicciardinus hoc anno historijs suis initium faciunt.	1	Maxima Gallorum in Italiam Carolo 8. rege duce inruptio, qua regnum Neapolitanum Arragonijs pulsis Galli occuparunt.	14
1495	3		2		15
1496	4	Hieronymus Sauonarola Ferrariensis, ex ordine prædicatorum, vir clarissimus.	3		16
1497	5		4		17
1498	6	Hippolytus Estensis Alfonsi Ferrariæ ducis frater S. R. E. Cardinalis 119. Mediolanensis archiepiscopus designatus ann. 23.	5	Carolo 8. Francorum regi mortuo successit Hludouicus 23. ex duce Aurelianensi, qui graues cum ecclesia Romana inimicitias habuit.	18
1499	7		6		19
1500	8	ANNVS IOBILEVS VIII. Laurentius Surius Carthusianus, & Rouærus Pontanus Carmelita pij & eruditi Chronicorum auctores hoc anno annalibus suis initium faciunt.	7	Carolus 5. gloriosissimæ memoriæ Imperator, post Carolum Magnum omnium Imperatorum Occidentis potentissimus, Gandaui in Flandris nascitur. Pachomius Græcus monachus 130. patriar. Constantinopol.	20
1501	9	Ad hunc vsque annum pertinet Ioannis Naucleri præpositi Tubingensis historia mundi.	8	Hamericus Vespucius Florentinus nouarum terrarum inuentor, vir eximius.	21
1502	10	Ioannes Iouianus Pontanus, Iacobus Sanazarius viri doctissimi.	9	Sæuissima per Germaniam pestis. Fridericus Arragonius Neapolitanorum Rex regno à Gallis & Hispanis exactus, in Galliam abijt, vbi mortuus est.	22
1503	11 219 220	Alexander 6. papa obijt XV. Kal. Sept. Vac. sed. mens. 1. dies 3. PIVS III. SENENSIS ETRVSCVS Franciscus Picolhomineus Nanis F. ex primo diacono Cardinale S. Eustathij, creatus X. kal. Octobris. Cõsecratus 8. Idus Octob sed. dies 26. obijt xv. kal. Nouemb. Vac. sedes dies 14. IVLIVS II. SAVONENSIS LIGVR, Iulianus de Ruxere Raphaëlis Xysti 4. papæ fratris filius, ex episcopo Cardinale Ostiense 220. Christianorum episcopus, creatus kal. Nouemb. coronatus V. kal. Decẽb. sed an. 9. m. 3. di. 21. Iacobus Philippus Bergomensis ordinis Herem. S. Augustini, ad hunc vsque annum Chronicon suum perduxit.	10	Marcus Cornelius Venetus S. R. E. Cardinalis V. ex Latinis post captam vrbem patriarcha Constantinopolitanus, annos 21. Maximus imperij principum conuentus Francfordiæ. Gallis regno Neapolitano vi exactis, id Hispani Gundisaluio Ferdinando, quẽ Magnum capitaneum vocarunt duce, occupant. Picardus hæreticus in Augustissimam Chr[illegible] eucharistiam blasphemus Parisijs [illegible]buritur, à quo hæretici Picardi dicti.	23
1504	1	Hactenus M. Antonij Sabellici historia vniuersalis. Quo anno qui eam suppleuit initium facit.	11		24
1505	2	Dominicus Grimanus Venetus S. R. E. Cardinalis, patriar. Aquilein, sed. an. 16.	12		25
1506	3	Ordo Minorum S. Francisci de paula Calabri priuilegijs auctus confirmatur V. kal. Augusti.	13	Seditio maxima popularis Olysipone in Lusitania cõtrà Maranos ex Iudæis Christianos factos, sed adhuc Iudaizãtes	26

Fœdus

Anni Christi.	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Orient.
			14		27
1507	4				
1508	5		15	Fœdus inter omnes fere Christianos principes Cameraci in Belgis contra Venetos ictum.	28
1509	6	Henrico 7. Anglorum regi mortuo, successit eius filius Henricus 8. bonis malisque rebus gestis notissimus.	16	Constantinopoli maximus terræ motus fuit. Bellum omnium pœnè Christianorum principum cum Venetis, quo ipsorum copiæ ad Abduam amnem cæsæ ipsi toto ferè continentis imperio exacti.	29
1510	7		17	Theolyptus monachus Græcus 138. patriarcha Constantinopolitanus.	30
1511	8	Conciliabulum Pisanum Cæsare & Francorum rege Hludouico 12. auctoribus, ab aliquot Cardinalibus contra Iulium 2. papam inductum.	18	Conuentus Imperij principum Augustæ Vindelicorum.	1
1512	9	Concilium generale Lateranense inchoatū. Conciliabulum Pisanum Mediolanum primo mox Lugdunum translatum. Clades atrox Rauennas, qua victores Galli à victis Hispanis Heluetiorum auxilio Italia exacti sunt.	19	Baiazetes Imp. Turcarum obiit in Thraciæ pago 9. Kal. Iulij. SELIMUS OTHOMANUS III. Turcarum Constantinopoli Imperator, ann. 7. mens. 6. dies ...	2
1513	221 1	Iulius 2. papa obiit 9. Kal. Martij. Vac. sed. dies 18. LEO X. FLORENTINUS ETRUSCUS Ioannes Medices Laurentij F. ex Diaconorum primo S. Mariæ in Dominica, creatus V. Non. Martij, consecratus xiiij. Kal. April. sed. ann. 8. mens. 8. dies 20.	20	Maximilianus Maria Sfortia Mediolani dux, Gallis pulsis Mediolanum recepit. Bellum inter reges Henricum Anglorū, & Hludouicum Francorum.	3
1514	2	Tres Soles Vittembergæ visi.	21	Bellum Selimi Turcarum Imperatoris cum Persarum rege Ismaele Sopho.	4
1515	3	Kal. Ianuarij Hludouico 12. Francorum regi mortuo successit eius gener Franciscus Valesius dux Engolismensis, magnis animi corporisque ornamentis clarus.	22	Galli Mediolanum, capto duce Maximiliano, occupant. Maximus Viennæ, Imperatoris, & trium regnum Hungariæ, poloniæ, Boëmiæ conuentus.	5
1516	4	Ferdinando catholico Hispaniarum regi mortuo Karolus Austriacus eius nepos successit.	23	Selimus Turcarum rex bellum à Persis in Sultanum Ægyptium, & Mamaluchos conuertit.	6
1517	5	Concilium Lateranense sessionibus 12. habitis absolutum, & comprobatum. Martinus Lutherus Saxo monachus apostata, & hæresiarcha omnium qui fuere scelestissimus, cunctas fere antiquorum hæreticorum blasphemias coniungens, nouam toti ecclesiæ Christianæ, & perniciosissimam sui nominis hæresim in Saxonia condidit, quæ omnem Europam peruagata, infinitis malis occasionem præbuit.	24	Selimus Turcarum rex duobus Sultanis prœlio victis, & occisis, Mamaluchorumque militia extincta, Ægyptum, & Suriam suo adiunxit imperio. Ea re Leo papa territus solemnissimas supplicationes habuit, Christianos principes ad concordiam bellumque contra Turcas, per grauissimos legatos est adhortatus.	7
1518	6	Cæsar Maximilianus pontificem Leonem monet de turbis à Luthero apostata in Germania excitatis, rogatque vt remedium aliquot afferat. Pontifex Lutherū ad dicendam caussam Romam citauit.	25	Conuentus maximus cunctorum imperij ordinum Augustæ Vindelicorum habitus, cui legatus apostolicus Thomas de Vio Cadinalis Caietanus, & Martinus Lutherus interfuerunt.	8

 Disputatio

Anni Christi.	Anni Pont.	Pontifices	Occid.	Imperatores	Orient.
1519	7	Disputatio Lipsica inter Ioãnem Eckium doctorem catholicum, & M. Lutherum, Andreamq́ue Carlostadium Archidiaconum Vittembergensem præcipuum Lutheri sectatorem. Vlricus Zuuinglius Canonicus Tigurinus Lutheranus, apud Heluetios Tigurinos damnatum olim, Berengarij dogma de Eucharistia, Ioannes Oecolampadio Brigidano, monacho apostata adiutore, renouauit. Ex ea re inter Lutherum & Zuuinglium feralis discordia exarsit.	1	Maximilianus Cæsar obijt prid. Idus Ianuarij. Inter regnum mens. 5. dierum 16 IMP. CÆS. KAROLVS V. AVSTRIVS P.F. Aug. creatus 4. Kal. Iulij regnauit ann. 38 mens. 8. dies 14. Selimus Turcarum Rex obijt in Thraciæ pago Chiurlio mens. Septemb. alias Nouemb. SOLIMANVS OTHOMANVS Selimi F. 4. Turcarum rex creatus mens. Septemb. Imperauit ann. 47.	8
1520	8	Leo X. papa edita solenni bulla Lutheri falsa dogmata condemnauit. Ex Lutheri lærna præter hæresim Zuuinglij, hoc etiam anno teterrima Anabaptistarum secta, quodam Nicolao Stochio Lutherano auctore, manauit. Quam Lutherus ipse, & Carolstadius auxere: Thomas vero Muncerus olim presbyter, ex Lutheri hæresi abdictus altissime prouexit.	2	Carolus Cæsar ex Hispania in Belgiam traiiciens, Aquisgrani rex Romanorum coronatur. Henricus 8. Anglorum Rex Librum contra Lutheri hereses pulcherrimum edidit, ideoque à Leone papa Catholicæ fidei defensor appellatus est. Hieremias monachus Græcus 139. patriarcha Constantinopolitanus. Hippolytus 2. Estensis Alfonsi Ferrariæ ducis F. 120. archiepiscopus Mediolanensis designatus ann .... postea S.R.E. Cardinalis.	1
1521	9	Mediolanum à fœderatis pontifice, Cæsare, Heluetijs Gallis ereptum. Leo X. papa 4. Non. Decembris obijt. Vac. sed. mensem. 1. dies 7. Iacobus Faber Stapulensis, Iodochus Clichtoueus, Neoportuensis, Siluester Prierias sacri palatij magister, qui primus in Lutherum scripsit, Theologi.	3	Conuentus Imperij principum Vormatiensis, ad quam fide publica data accessit Martinus Lutherus, & cũ eo eius assclæ Iustus Ionas Prępositus eccl. omnium sanctorum Vitembergæ, Amsdorfius Theologus, Schurfferus iurisperitus. At Lutherus multis effictis blasphemijs, pace pro qua venerat infecta, in Saxoniam redijt. Eam ob rem Carolus Imp. ipsum proscripsit.	2
1522	223 1	HADRIANVS VI. BATAVVS Florentij filius, ex Vltraiecto inferioris Germaniæ vrbe, ex presbyt. Cardinale tt. Pammachij, creatus 5. Idus Ianuarij, coronatus prid. Kal. Septemb. sedit annum 1. mens. 8. dies 6. Genua à Cæsarianis capta & direpta. Pontifex ex Hispania nauigio in Italiam venit.	4	Rex Danorum Christiernus in hæresim Lutheranam lapsus, quum multa in prouinciales suos nefaria commisisset, regno ab ijs expulsus est. Lutherus Vitenbergæ sub tutela Ducis Saxoniæ, multa contra fidem catholicam, verbo & scriptis impie molitur. Rhodus insula Hospitalariorum ordini à Turcis post octimestrem obsidionem eripitur.	3
1523	2 223	Hadianus 6. papa obijt xiix. Kal. Octob. Vac. sed. mens. 2. dies 4. CLENENS VII. FLORENTINVS TVSCVS, Iulius Medices, Iuliani F. ex presbytero Cardinale tt. Damasi, creatus 13. Kal. Decemb. coron 6. Kal. Decemb. sed. an. 10. mens. 10. di. 7. Andreas Osiander, Vrbanus Regius, Lutherani.	5	Marinus Grimanus Venetus S.R.E. Cardinalis patriarcha Aquileiensis sed. annos 23. Disputatio Tigurina inter Ioannem Fabrum, posteà episcopum Viennensem, doctorem catholicum, & Zuinglium, Oecolampadiumq́ue sacramentarios, de sacrosancto Missæ sacrificio. Conuentus contra Lutheri doctrinam Norimbergæ habitus. Centum grauaminum liber à Lutheranis editus prodijt.	4

Con-

Anni Christi	Anni pont.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Orient.
1524	6	Congregatio clericorũ regularium Teatinorum à Ioan. Petro Carafa episcopo Teatino, & Caietano Tieneo Vicetino, Romæ instituta, & à Clemente 7. confirmata. Constitutionum XXXV. capita adge formandos solutos clericorum Germaniæ mores vitamque, à Laurentio Campegio presbytero Cardinale, Apostolicæ sedis in Germania legato, Ratisponæ publicata.	6	Egidius Viterbiensis, olim ordinis Eremitarum S. Augustini magister S. R. E. Cardinalis vir doctissimus, declamandi gloria, triumque linguarum peritia insignis, 6. ex Latinis Constantinopolitanus patriarcha. Conuentu Luçernæ habito, augustissimum missæ sacrificium in aliquot Heluetiorum pagis Zuinglianis auctoribus, nefarie est abrogatum.	5
1525	2	ANNVS IOBILEVS IX. Franciscus Galliarum rex apud Ticinum à Cæsaris ducibus bello victus, captus, & in Hispaniam abductus, biennio post grandi soluta pecunia liberatur.	7	Atrocissima agrestium Anabaptistarum seditio à Lutheranis auctore Thoma Muncero excitata, per Germaniam debacchatur. Oppressa est tandem miserorum hominum excitabilis coniuratio. Albertus Marchio Brandeburgensis, ordinis Teutonicorum magister, in Lutheri hæresim declinat, ex magistro ordinis Dux Prussiæ factus.	6
1526	3	Dissidio inter Lutherum & Zuinglium aucto, varia ab vtraque parte scripta, non sine virulentia, pro alterutrius dogmate tuendo, publicantur. Disputatio Badensis inter Catholicos & Sacramentarios.	8	Omne ferè Hungariæ regnum, Hludouico rege in prœlio occiso, à Turcis occupatur. Conuentus Spirensis de religionis rebus.	7
1527	4	Vrbs Roma à Cæsaris Caroli V. exercitu contra fidem datam Duce Borbonio capta, & miserè direpta. Pontifex post diuturnam obsidionem in Hadriani mausoleo captus, grandi se pecuniæ solutione redemit.	9	Tres soles visi. Philippus Caroli V. Cæsaris F. in Hispania nascitur. Martinus Bucerus apostata Dominicanus, Michael Selletus, Gaspar Hedio Sacramentarij hæretici.	8
1528	5	Concilium prouinciale Senonense, in quo contra Lutheri errores capita xviij. de morum emendatione capita xl. edita. Bella per Europam, fames & sæuissima pestis.	10	Tres Soles figuri visi. Bernensis Zuinglianorum disputatio. Geneuenses antiqua religione reiecta, Zuinglij dogma impium suscipiunt.	9
1529	6	Florentia Etruriæ vrbs à Cæsaris exercitu obsessa, anno sequenti in deditionem veniens, Pontificis nepotem Alexandrum Medicem ducem accepit. Cæsar ex Hispania in Italiam veniẽs Bononiam accessit. Hoc anno incipiunt accurata commentaria Ludouici Guicciardini. Pax in Italia inter Pontificem, Imperatorem, Venetos, Mediolani Ducem Franciscũ Sfortiam, cui Mediolani ducatus à Cæsare restituitur.	11	Insula Melita in mari Africo à Cæsare Fratribus Hierosolymitani Hospitalis concessa. Conuentus Spirensis pro religione, & contra Turcas habitus. Basileæ & Argentinæ religio catholica abijcitur, Zuinglianismus inducitur. Aliquot Lutheranæ hæresis Germaniæ principes & ciuitates liberæ pio Ferdinandi vicarij Imperialis pro catholica religione edicto reclamantes, Spiræ protestantium nomen tunc primum vsurpant.	10

Heluetij

Anni Christi.	Anni põtif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI.	Oriẽt.
1536	2	Celeberrima prouincialis synodus Coloniensis sub Hermãno Archiepiscopo, qua rectæ doctrinæ & reformationis ecclesiasticæ 14. volumina edita: Quorum auctor fuisse dicitur Ioannes Gropperus Archidiaconus ecclesiæ Coloniensis, atque Præpositus Bonnensis, posteà Cardinalis à Paulo iiij. creatus	18	Carolus V. Imp. ex victoria Africana rediens. Romam triumphans ingreditur Et pontifice adorato, xiiij. die discedens, in Gallos arma Francisci Sfortiæ Mediolani ducis morte, mouentes, bellum suscepit. Erasmus Roterodamus vir clariss. Basileæ obijt. Alexandro Medici Florentiæ duci occiso succelsit Cosmus Medices raræ felicitatis exemplum.	17
1537	3	Paulus 3. papa Concilium generale tollendorum schismatum & hereseon caussa Mantuæ primum, mox Vicetiæ, demum Tridenti indixit. Henricum 8. regem Angliæ regno priuauit.	19	Conuentus protestantium principum, & ciuitatum Smalcaldiæ super religionis statu habitus.	18
1538	4	Delectorum nouẽ clarissimorum patrũ de emendatione ecclesiastica consilium Paulo 3. papæ oblatum. Monasteria, ædes sacræ, & loca pia, tota Anglia direpta, corpus S. Thomæ Cantuariensis archiepiscopi combustum, monachi Catholici fugati vel occisi.	20	Pontificis, Cæsaris, & Gallorum regis apud Nicæam prouinciæ vrbem conuentus. Fœdus inter Pontificem, Cæsarem, & Venetos in Turcas ictum. Induciæ decennales inter Cęsarem, & regem Francorum auctore pontifice pactæ.	19
1539	5	Synodus diœcesana Hildesheimensis, capita L. reformationis ecclesiasticæ edita.	21	Conuentus Françofordiæ principũ protestantium de Religione. Georgius Saxoniæ Dux Catholicæ partis studiosissimus, Lutherique hostis acerrimus piè obiit.	20
1540	6	Congregatio clericorum regularium societatis nominis Iesu ab ignatio Loyola Hispano viro sancto instituta, à Paulo 3. papa confirmatur.	22	Smalcaldiæ confluentum habent protestãtium principum legati, cui interfuere Iustus Ionas, Ioann. Pomeranus, N. Cruciger, Philipp. Melanchton è Lutheri discipulis: è Zuinglianis, M. Bucerus acturi de vniendis Lutheranorum & Zuinglianorum sectis. Conuentus principum Vormatiensis de religione.	21
1541	7	Pontifex & Cæsar Lucæ congrediuntur. Comitia Ratisponensia de religione, quibus apostolicæ sedis legatus Gaspar Contarenus Cardinalis interfuit.	23	Reliqua regni Hungarici pars à Turcis occupata, bello Ioannis regis morte, inter Ferdinandum Cæsarem, & Solimanum regem in Pannonia excitato. Rex Franciscus contra Lutheranos, & Sacramentarios edicta in Galliarum regno reuocauit.	22
1542	8	Concilio generali à Paulo 3. Tridenti indicto, tres Cardinales, Petrus Paulus Parisius, Io. Moronus, Reginaldus Polus eo ablegantur, qui notis exorientibus bellis rebus infectis abiere. Hactenus hi qui chronicon Eusebij Pãphili suppleuerunt.	24	Ioann. Hoffmesterus Augustinianorum per Germaniam Vicarius generalis vir doctus, & scriptor illustris. Iacobus V. Scotorum rex, sine mascula prole moriens, Mariam puellam filiam hæredem reliquit, quæ postea Francisco II. Francorum regi nupsit. Bellum inter Cæsarem, & Franciscum & Francorum regem renouatum.	23

Anni Christi	Anni pont.		Occid.		Orient.
1543	9	Ioannes Eckius,& Albertus Pighius viri docti, scriptores catholici, piè dormierunt. Pontifex, & Cæsar apud agri Placentini vicum Buxetum congrediuntur.	25	Hermannus archiepiscopus Coloniensis in Lutheranã hæresim lapsus, M. Bucerum,& Philip. Melanchthone ad se aduocauit. In errore pertinax à Paulo 3. papa sacerdotio priuatur anno ∽ DXLVI.	24
1544	10	Ioannes Lusitaniæ rex obijt Cui succeßit Sebastianus nepos. Pax Crepinij inter Cæsarem & Gallum regem. Bartholomæus Latomus Iureconsultus & Rhetor, Catholicæ Religionis propugnator insignis.	26	Hæresis Zuinglianæ virus in Flandros tum primum sparsit Petrus quidam Brulius Gallus, eò Argentina dimissus.	25
1545	11	Concilium Tridentinum inchoarunt tres apostolicæ sedis legati, Io. Maria de Monte episcopus Prænestinus, Marcellus Ceruinus tt. S. Crucis presbyter, postea Romani pontifices, Reginaldus Polus diaconus, Cardinales à pontifice paulo missi.	27	Marinus Grimanus Venetus, Cardinalis S.R.E.8. ex Latinis patriarcha Constantinopolitanus ann. 1. mens. 7. Maxima inter Lutheranos & Sacramentarios schismata, scriptis vtrinq; libris, excitantur.	26
1546	12	Hieronymus Grimanus Venetus patriarcha Aquileiensis. Martinus Lutherus hæresiarcha morte fere repentina obijt. Bellum inter Cæsarem & protestantes in Germania inchoatum. Quo pontifex lectißimas equitum, peditumque copias nepotibus suis, Alexandro legato, & Octauio duce, Cæsari auxilio in Germaniam misit.	28	Ranutius Farnesius Romanus, S. R. E. Cardinalis, IX. ex Latinis patriarcha Constantinopolitanus ann. 4. Colloquium Francfordiense inter Catholicos, & Lutheranos. Hactenus Paulus Iouius historicus egregius.	27
1547	13	Henrico Anglorum; & Francisco Galliarum regibus mortuis, succeßere ipsorum filij Odoardus 6. & Henricus 2. Concilium Tridentinum Bononiam translatum.	29	Iulius Pflugius episcopus Numbergensis Michaël Sinodius, postea Episcopus Mersburgensis, Ioannes Islebius, Theologi, auctores libri Interim. Protestantes Io. Friderico duce Saxoniæ capto, & Philippo Lantgrauio Hessiæ in deditionem accepto, à Cæsare domiti.	28
1548	14	Synodus diœcesana Augustæ Vindelicorum, capita reformationis 33. edita. Concilium prouinciale Treuirense, capita reformationis ecclesiasticæ 12. edita. Sigismundus Poloniæ rex obijt Cui succeßit Augustus. Missæ sacrosanctum mysterium in Anglia impijßimè Zuingliano Bucero auctore, abrogatum, qui hæresim sacramentariam in Angliam inuexit.	30	Interreligio siue INTERIM à Carolo 5 Augusto, Augustæ Vindelicorum in generali principum conuentu capitibus 26. publicata. Quo modo scilicet in negotio religionis per imperium, vsque ad generalis Concilij definitionem viuendum esset.	29
1549	15	Concilia prouincialia pro reformatione cleri Germanici Coloniense alterum, Moguntinum, Treuirense alterum. Paulus 3. papa obiit 4. Idus Nouembris. Vacauit sedes menses 2. dies 29.	31	Chunradus Pellicanus Franciscanus, Petrus Martyr Florentinus, canonicus regularis apostata, Henricus Bullingerus, Erasmus Sarcerius, Erardus Snepius, Volfgangus Musculus, Ioannes Brentius, Ioannes à Lasko Polonus, hæretici Lutherani, & Sacramentarij.	30

Anni Christi	Anni pontif.	Pontifices	Occid.	Imperatores	Oriēt.
1550	225 1	IVLIVS III. ARETINVS, Ioannes Maria de Monte Vincentij F. ex episcopo Cardinale Prænestino, creatus 7. idus Februarij, coronatus 8. kalend. Martij, sedit annos 5. mens. 1. dies 16. ANNVS IOBILEVS X.	32	Fabius Columna Romanus Episc. Auersanus, X. ex Latinis patriar. Constantinopolitanus an. 4. Conuentus imperij procerum Augustæ Vindelicorum habitus. Hactenus qui M. Antonium Sabellicum suppleuit.	31
1551	2	Concilium generale iterum Tridenti reuocatum. Cui legatus ap. sedis præfuit Marcellus Crescentius tt. S. Marcelli præsbyter Cardinalis.	33	Andreas Osiander Heresiarcha nouam de iustificatione hæresim fabricauit. M. Bucerus apostata & hæresiarcha in Iudaismum, vt fertur, paulo ante mortem lapsus in Anglia obiit.	32
1552	3	Bello inter Cæsarem & Mauritium Saxonem, Francorum regis Henrici opibus subleuatum, exorto, Cæsareque ex Germania exacto, Concilium Tridentinum dissoluitur.	34	Ioann. Functius accuratus Chronographus, Lutheranus.	33
1553	4	Mortuo Anglorum regi Eduardo 6. successit eius soror Maria, Catholica regina, quæ Philippo Hispaniarum Regi nupsit.	35	Bello inter Mauricium Saxonem, & Albertum Brandeburgium duces inito, Saxo victor occisus est. Philibertus Arcimboldus, ciuis & 121. archiepisc. Mediolanensis.	34
1554	5	Catholica religio Anglis restituta Mariæ reginæ industria, Hæretici doctores tota insula exacti. Thomas Cromerus archiepisc. Cantuariensis hæreticus relapsus exustus.	36	Ranutius Farnesius Cardinalis iterum patriarcha Constantinopolitanus ann. 12.	35
1555	226	Iulius 3. papa obiit 10. kal. Aprilis. Vac. sed. dies 17. MARCELLVS II. CERVINVS Ricardi F. Politianensis Etruscus, ex presbytero Cardinale tt. S. crucis in Hierusalem creatus V. Idus Aprilis, postridie consecratus, sed. di. 21. Obijt kal. Maij. Vacauit sedes dies 22.	37	Ioasaph Græcus monachus cxl. patriarcha Constantinopolitanus. Conuentus pricipum Augustanus ob religionem. Stanislaus Hosius episcopus Varmiensis, Ioannes Gropperus Præpositus Bonnensis, posteà Cardinales, Chunradus Brunus, Petrus Canisius, scriptores catholici. Cæsar Karolus V. Philippo filio paterna & hæreditaria regna reliquit.	36
	227 1	PAVLVS IV. NEAPOLITANVS Ioannes Petrus Carafa, Ioannis Antonij F. ex episcopo Ostiense creatus X. Kal. Iunij, coronatus vij. Kal. Iunij, sed. ann. 4. menses 2. dies 27.			
1556	2	Daniel Barbarus Venetus electus patriarcha Aquileiensis. Dauid Georgius pestilentissimus furcifer qui Christi religionem tollere tentauit, Basileæ obijt.	38	Bellum inter Paulum 4. & Philippum Hispaniarum regem excitatum, per annum durauit. Ioannes Sleidanus falsæ historiæ auctor obijt.	37
1557	3	Martini Buceri, & Pauli Fagij hæresiarcharum cadauera in Anglia combusta.	39	*Pax inter Pontificē, & regē Philippū Hispaniarū.* Colloquium Vormatiense inter Catholicos, & Lutheranos.	38
1558	4	Lutherani & sacramentarij de diuinissimæ Eucharistiæ mysterio, auctoribus Ioāne Caluino Gallo hæresiarcha Zuuingliano, & Ioachimo Vestphalo Lutherano, scriptis libris digladiantur. Philippus Archintus, ciuis & CXXII. archiepiscopus Mediolanensis.	1	Karolus V. Imp. sponte per procuratorē imperio abdicauit 3. Idus Martij. IMP. CAES. FERDINANDVS AVSTRIVS P.F. Aug. fr. Carolo abdicante, imperauit ann. 6. mens. 4. dies 13. Karolus V. Aug. præclarissimæ memorię Imp. obiit xi. kal. Octob. in monasterio monachorum Hieronymianorum S. Iusti, Toletanæ diœcesis.	39

[A]nni [Chris]ti	Anni Pont.	Pontifices	Occid.	Imperatores	Orient.
559	5	Henricus II. Francorum rex in hastiudio infeliciter occiditur. Cui succeßit Franciscus II. filius. Paulus 4. papa obijt 15. Kal. Septemb. Vac. sedes mens. 4. dies 7. Hactenus Rouæri Pontani Carmelitæ diligens chronicon.	2	Angli Maria ipsorum regina Catholica, & Reginaldo Polo Cardinale legato mortuis, ad priores errores nouæ reginæ Isabellæ auctoritate, redierunt. Maximus principum conuentus Augustę Vindelicorum. Pax inter reges, Francorum Henricum, & Hispaniarum Philippum.	40
60	1 228	PIVS IIII. MEDIOLANENSIS. Ioannes Angelus Medices Bernardini F. ex presbyr. Cardinale tt. S. Priscæ, creatus 7. kal. Ianua. ineunte anno, coronatus 8 Idus Ianuarij, sedit annos 5. mens. 11. dies 15. Carolus Borromeus S. R. E. Cardinalis, 123. Mediolanensis archiepiscopus. Hactenus commentaria Hludouici Guicciardini.	3	Sacramentarij, auctoribus Caluino, Beza, & Petro Martyre, ducibus aliquot Gallorum proceribus in regno Francorum Hugonotarum nomine emergunt. Francisco 2. Galliarum regi mortuo succeßit Carolus 9. frater. Auctores Magdeburgenses falsæ & perniciosißimæ historiæ ecclesiasticæ tres primas centurias, Matthia Flacco Illyrico auctore confectas, publicarunt.	41
561	2	Origo belli ciuilis, ob religionem in Galliarum Christianißimo olim regno, in quo inauditæ & horribilis sæuitię multa facinora edita.	4	Ioannes Caluinus, & Theodoricus Beza hæresiarchæ: quorum res gestas & vitam Franciscus Balduinus iureconsultus, ecclesiasticæ profanæque historiæ eruditißimus professor, scite explicat, & Apelleo penicillo depingit in apologiis.	42
562	3	Concilium Tridentinum tertio reuocatum interfuere legati viri eruditi optimique Ioann. Moronus episcopus Prænestinus, Hercules Gonzaga, Hieronymus Seripandus, olim Eremitarum Augustinianorum magister, Stanislaus Hosius, Ludouicus Simoneta, Bernardus Naugerius, Marcus Sciticus de Altemps. Cardinales S. R. E.	5	Maximilianus 2. Iunior Austrius Ferdinandi F. ex Rege Boëmiæ Francfordiæ Rex Romanorum Cæsarque viij. kalen. Decemb. creatus ibidemque coronatus, regnauit cum patre an. 1. mens. 8. Ordo militiæ S. Stephani papæ in Insula Iluæ, à Cosmo Medice Florentinorum Duce institutus, à pio 4. papa confirmatur Kal. Februarij.	43
563	4	Concilium Tridentinum sessionibus 25. omnino celebratis, xxvij. anno ab eius indictione, absoluitur, & confirmatur.	6	Bella plusquam hostilia in regno Galliarum ob religionem excitata, Ducis Guisij viri præclarißimi acerba Catholicis cæde sedantur. Metrophanes monachus Græcus 141. Constantinopolitanus patriarcha.	44
564	5	Concilia prouincialia, & diœcesana multa in Italia & Hispania, ex Concilij Tridentini præscripto, hoc anno & sequenti celebrata. Laurentius Surius Carthusianus chronicorum Naucleri continuator diligens, ad hunc vsque annum peruenit.	7	Ferdinandus piæ memoriæ Imperator 8. kal. Augusti Viennæ obijt. IMP. CÆS. MAXIMILIANVS II. IVNIOR AVSTRIVS PIVS F. PERP. Augustus, Generis humani amor & delitiæ, imperauit post patris obitum annos....	45
565	6	Ordo militiæ S. Lazari à pio 4. papa, auctore Ianoto Castilioneo Mediolanēsi magistro restituitur, & amplificatur, 4. nonas Maij. Pius 4. papa obijt iiij. Idus Decembris. Vacauit sedes dies 29.	8	Scipio Rebiba Siculus, S. R. E. Cardinalis 11. ex Latinis post captam Constantinopolim patriarcha Constantinopolitanus.	46

PIVS

Anni Christi	Anni pontif.	PONTIFICES ET	Occid.	IMPERATORES ROMANI	Orient.
1566	1 (229)	PIVS V. ALEXANDRINVS Fr. Michel Gislerius, Pauli F. ex oppido Boschi, ordinis prædicatorum, ex presbytero Cardinale tt. S. Mariæ super Minoruam 229. Christianorum episcopus, creatus 7. Idus Ianuarij, coronatus 16. kal. Februarij, sed. ann. 6. mens. 3. di. 16.	2	Solimanus Turcarum Rex obiit prid. Nonas Septemb. in castris apud Segetum in Hungaria. SELIMVS II. OTHOMANVS SOLIMANI F. V. TVRCARVM Constantinopoli Imperator, an.	47
1567	2	Hucusque Onuphrius.	3		1
1568	3		4		2
1569	4		5		3
1570	5		6		4
1571	6		7		5
1572	1 (230)	Pius V. papa obiit Kal. Maij Vac. sedes dies 12. GREGORIVS XIII. BONONIensis, Hugo Boncompagnus presbyter Card. tt. S. Sixti 230. Christianorum Episcopus creatus 3. Idus Maij, consecratus 8. Kal. Iunij.	8		6
1573					7

Hoc D. Onuphrij Chronicon sine periculo recudi poterit.
Ioan. Molanus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO,

Subsig.
De la Torre.

LOVANII EX OFFICINA IOANNIS
BOGARDI, SVB BIBLIIS AVREIS,
Anno M. D. LXXIII.

